LATIN
BY THE NATURAL METHOD

THIRD YEAR

by

William G. Most, Ph.D.
Associate Professor of Latin and Greek
Loras College
Dubuque, Iowa

Henry Regnery Company
14 East Jackson Blvd.
Chicago, Ill.

Nihil Obstat
Bernardus Henricus Skahill
Censor Librorum

Imprimatur
✝Leo Binz
Archiepiscopus Dubuquensis

Die 29 a martii 1961

Fourth Printing, 1964
Printed in the United States of America

TABLE OF CONTENTS

Lectio Prima

[In Africa septentrionali, non longe ab urbe magna Carthagine, quae olim contra Romam pugnaverat, erat oppidum parvum, quod vocatur "Thagaste". In hoc oppido parvo natus est magnus et sanctus vir Augustinus, qui postea factus est Episcopus, et magnus Doctor Ecclesiae. Natus est anno trecentesimo quinquagesimo quarto post Christum, die decima tertia mensis Novembris. Non autem sanctus erat Augustinus statim ab infantia -- nec in iuventute. Solummodo post annos fere triginta et tres baptizatus est. Ante hoc tempus fuerat puer non semper bonus, adolescens qui multa peccata peccavit, et vir superbus qui in multos errores incidit. Secutus est enim errores Manichaeorum per annos novem; fere scepticus in Academia Nova factus est, et multa opera Neo-Platonicorum legerat. Tandem conversus est ad Christum, et baptizatus est a Sancto Ambrosio, Episcopo urbis Mediolani. Post conversionem per paucos annos vitam monasticam vixit, sed anno 391 factus est sacerdos, et anno 395 consecratus est Episcopus. Multi homines, autem, poterant recordari multorum peccatorum Augustini, quae ante conversionem commiserat. Hoc sciens, Augustinus non negavit se fuisse peccatorem, sed potius, scripsit narrationem vitae suae, in qua peccata confessus est, sed ita ut Deum semper laudaret pro multis gratiis quas homini indigno dederat. -- Ergo, in prima parte narrationis suae, Augustinus incipit laudare Deum in verbis psalmi:]

"Magnus es, Domine, et laudabilis valde. Magna virtus tua. Et sapientiae tuae non est numerus." Et laudare te vult homo-- aliqua portio creaturae tuae. Tu excitas [nos] ut laudare te delectet [nos]. Quia fecisti nos <u>ad</u> <u>te</u>, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

[His dictis, A vult <u>invocare</u> Deum. Sed, per hoc verbum, dicit se velle "<u>vocare</u> Deum ut veniat <u>in</u> se, id est, <u>in</u> Augustinum". Tunc statim cogitat: "Deus infinitus est. Quomodo possit Deus venire in me, qui tam parvus sum?]

Et quomodo in-vocabo Deum meum, Deum et Dominum meum? Quoniam, utique, <u>in</u> <u>me</u> <u>ipsum</u> eum in- vocabo, cum invocabo eum. Et quis locus est in me, quo veniat in me Deus meus? quo Deus veniat in me, Deus qui fecit coelum et terram? Itane, Domine Deus meus: est quicquam in me quod capiat te? An vero coelum et terra --quae fecisti, et in quibus me fecisti -- capiunt te?

[Multis verbis superlativis, A cantat laudes Dei. Deus habet in se qualitates quae videntur esse oppositae,e.g., est simul iustus et misericors. Est secretus, id est, absconditus ab omnibus, et adhuc est praesens omnibus. Dicitur in ira esse: et adhuc in pace est.]

Quid es ergo, Deus meus? Quid, rogo, nisi Dominus Deus. Quis enim Dominus praeter Dominum? Aut quis Deus praeter Deum nostrum? -- Summe, optime, potentissime, omnipotentissime, misericordissime et iustissime, secretissime et praesentissime; pulcherrime et fortissime; stabilis et incomprehensibilis;

iuventus - youth
incidere- fall into
scepticus- sceptic
tandem- finally
Mediolanum- Milan
monasticus- monastic
recordari-remember
potius- rather
gratia- grace, favor
indignus- unworthy
laudabilis-praise-worthy
valde- very
virtus- power
numerus - limit
portio- part
excitare- arouse
delectare- delight
ad te - for yourself
inquietus- restless
donec - until
requiescere - rest

cogitare - think
invocare-"call-in", invoke
quoniam - since
quo - to which
quicquam - anything
capiunt - contain
an - or
misericors- merciful
absconditus - hidden
praeter- besides
stabilis - firm
incomprehensibilis- incomprehensible
immutabilis - unchangeable
mutare - change
innovare - make new
vetustas - old age
egére - need
nutrire- nourish
perficunt- perfect
deesse- lack
aestuare - be disturbed
zelare - be jealous

immutabilis, mutans omnia; numquam novus, numquam vetus; innovans omnia, et in vetustatem perducens superbos; semper agens, semper quietus; colligens et non egens; portans et implens et protegens; creans et nutriens et perficiens; quaerens, cum nihil desit tibi.-- Amas nec aestuas; zelas, et securus es; poenitet te, et non doles; irasceris, et tranquillus es; opera mutas, nec mutas consilium; recipis quod invenis, et numquam amittis.Supererogatur tibi, ut debeas -- et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita, nulli debens. Donas debita nihil perdens.

[Deus maximus est omnibus modis-- sed nunc A cogitat se esse parvum, peccatorem, dignum nullo bono. Sed adhuc vult loqui Deo! Et Deus vult amari ab homine!]

Quid tibi sum ipse, ut amari te iubeas a me, et, nisi faciam, irascaris mihi, et mineris ingentes miserias. Angusta est domus animae meae -- dilatetur abs te. Ruinosa est; refice eam. Habet quae offendant oculos tuos, fateor et scio. Sed quis mundabit eam? Aut cui alteri praeter te clamabo: "Ab occultis meis munda me Domine"? Sed tamen, sine me loqui apud misericordiam tuam -- me, terram et cinerem-- sine me tamen loqui. Quoniam ecce! misericordia tua est -- non homo, irrisor meus --cui loquor.

poenitet te- you regret
amittere - lose
supererogatur tibi- more than what is obligatory is paid to you
ut debeas - so that you are in debt
donare - forgive
perdere- lose
dignus - worthy
irasci - be angry
minari - threaten
ingens - immense
angustus- narrow
anima - soul
dilatare - enlarge
abs - by
reficere- restore

oculus - eye: fateri- confess: mundare - cleanse: praeter - besides: occultus- hidden: sinere - allow: irrisor - one who laughs at

Vocabularium

delectare,1- delight
egére,eguit(w.abl.)-need
perficiunt,3,fecit,fectus-make perfect, perfect, accomplish

potius - rather
tandem - at last, finally

indignus,a,um- unworthy
ingens,enti - huge, immense
misericors,cordi- merciful

Note: The words confiteri and confessio have a twofold meaning: praise, and confess.

Pattern Practice

At intervals this year, as the need arises in the reading matter itself, we will have a bit of pattern practice to help us get used to some fo the special features used by the writer. Today we will practice on impersonal uses of verbs, a trick of which St. Augustine is very fond, for he uses it over and over again. For example, in today's lesson, we find, "superogatur tibi":"people do-more-than-what-is obligatory for you". Actually, we saw this sort of thing in lesson 77 of first year, and lesson 21 of 2nd year. Now a bit more practice will make it definitely easy.

Let us change these active forms to impersonals of similar meaning. Of course, without a context, we cannot tell who does the action. So we will let our imagination replace the story, and will use various active forms: Sample: Constituunt. Answer: Constituitur(Notice that this can be done in any tense. In your answer, use the same tense as that in the form given). Sacrificant...Obediunt... Supererogant...Narravisti...Venimus ...Exclamavit ...Obediebant...Timebamus...Perseverabas ...Parabatis...Respondent...Ponimus...

Now let us do some in the opposite direction. Again, without a context, we cannot know what person to use. So let us just make it vague, and use "homines" in the same indefinite sense as "they" in the expression "they say." We realize, of course, that in a real paragraph, any other person might be called for. Sample: Sacrificatur. Answer: Homines sacrificant. -- Exclamatur... Narratur...Imperatur...Obediebatur...Orabatur... Timebatur...Constitutum est...Paratum est... Donatum est...Provisum est...Perseveratum est ...Ventum est...

Now let us try to make some ingenious English translations of this last set. We will

need a noun of action in each instance. Sometimes the result will be a bit crude in English, but it will help us get the feel of the Latin. Here are a couple of samples: Sacrificatur... Sacrifice (sacrificing) is made(done). Itum est... Coming was done. As we said, this last is so crude that we would never use it in English. But it does help give the feeling of the Latin.

English to Latin
(Review Cause Clauses)

With each lesson we will have some English to Latin sentences. Each set will feature one or more of the constructions we have already learned, so as to provide additional practice. It would be good to translate each sentence in at least two ways (see the tables in the back of the second year book if you need suggestions). Today we will concentrate on cause clauses.

1. Because God is so good, Augustine praises Him. 2. He asks God to enlarge his heart, because it is narrow. 3. Because, as he says, he is not strong, he asks for help. 4. He asks God to come, not because he (Augustine) is good, but because he needs help. 5. Not because he is worthy, but because he loves God, he calls on Him. 6. God will hear us not because we are good but because He is good.

Questions for Discussion

Besides the simpler oral Latin questions on the content of each lesson, which the teacher will ask in class or provide on tape, we will have in each lesson a few more difficult questions. For some of these, you may need to look up answers in other books. Others are thought provoking questions. These will help you to get much more out of the rich thought of Augustine. Of course, many students who use this book will not be of the same faith as Augustine. Yet, it would be helpful to try to find the answers that would fit in with the thought of Augustine, just as in studying the thought of Plato, students who are not pagan still try to work out Plato's attitude towards various things. This procedure helps one to appreciate better the workings of a great mind -- and all, even those who do not share Augustine's beliefs,- admit that he was one of the great minds of all times.

Try to carry on as much as possible of the discussion in Latin. Do not be afraid of making a few mistakes: no one can begin to speak perfectly in any language at once. And you will find that your ability grows by trying to use it.

1. A dicit quod cor hominis semper inquietum est in hoc mundo. Estne hoc verum? Nonne homo qui multas divitias habet, et multam potestatem, habebit cor quietum?

2. A. dicit quod Deus est et misericordissimus et iustissimus. Quomodo hoc fieri potest? Si quis est misericors, semper vult veniam dare peccatoribus. Si quis est iustus vult punire peccatores.

3. A. dicit: "Supererogatur tibi, ut debeas-- et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita, nulli debens." Explica quomodo homo potest Deo dare plus quam debet-- et adhuc Deus non debebit quicquam homini.

4. A. orat:"Ab occultis meis munda me Domine ". Potestne homo peccare et adhuc nescire se peccare? Quid significat Augustinus?

Lectio Secunda

[A. meditatur de infantia sua: quomodo Deus providebat pro ipso per parentes et nutrices. Deus enim movebat eos ut vellent dare infanti id quod necesse erat.]

Quid est enim quod volo dicere Domine, nisi quia nescio unde venerim huc--in istam dicam mortalem vitam, an mortem vitalem nescio. Et susceperunt me consolationes miserationum tuarum, sicut audivi a parentibus carnis meae, ex quo et in qua formasti me

meditari-meditate
nutrix-nurse
quia-that (ind.disc.)
huc- to this place
vitalis-vital, life-giving
miseratio- mercy

in tempore; non enim ego memini. Exceperunt ergo me consolationes lactis humani. Nec mater mea vel nutrices meae sibi ubera implebant. Sed tu, Domine, mihi dabas per eas alimentum infantiae, secundum institutionem tuam, et divitias usque ad fundum rerum dispositas.

Tu etiam mihi dabas nolle amplius quam dabas, et nutrientibus me [dabas] velle mihi dare quod eis dabas. Dare enim mihi per ordinatum affectum volebant, quo ex te abundabant. Nam bonum erat eis bonum meum ex eis--quod non ex, eis, sed per eas erat. Ex te quippe bona omnia, Deus, et ex Deo meo, salus mihi universa. [A. meditatur etiam de modo quo didicit indicare parentibus quid vellet. Nondum sciebat loqui: sed poterat flere et clamare.]

Et ecce! Paulatim sentiebam ubi essem. Et voluntates meas volebam ostendere eis per quos implerentur, et non poteram ostendere, quia illae [voluntates] intus erant. Foris autem illi. Nec ullo suo sensu valebant introire in animam meam. Itaque,iactabam membra et voces: signa similia voluntatibus meis-- pauca quae poteram, qualia poteram.... Et cum mihi non obtemperabatur (vel non intellecto, vel ne obesset) indignabar non subditis maioribus, et liberis non servientibus. Et me de illis flendo vindicabam. Tales esse infantes didici--quos discere potui-et me talem fuisse magis mihi ipsi indicaverunt nescientes, quam scientes nutritores mei. [A. explicat quomodo didicerit loqui: parentes non docebant eum, sicut magistri docent linguas in scholis. Ipse enim observabat verba parentum--et res de quibus videbantur loqui. Ita paulatim didicit linguam suam.]

Nonne ab infantia, huc pergens, veni in pueritiam, vel potius, ipsa in me venit, et successit infantiae? Non enim eram in-fans, qui non farer, sed iam puer loquens eram. Et memini hoc, et unde loqui didicerim post adverti. Non enim docebant me maiores homines, praebentes mihi verba certo aliquo ordine doctrinae, sicut paulo post litteras. Sed ego ipse, mente quam dedisti mihi, Deus meus, cum gemitibus et vocibus variis et variis membrorum motibus edere vellem sensa cordis mei, ut voluntati pareretur, nec valerem quae volebam omnia...prensabam memoria cum ipsi appellabant rem aliquam, et cum secundum eam vocem corpus ad aliquid movebant. Videbam et tenebam hoc ab eis vocari rem illam, quod sonabant, cum eam vellent ostendere.

Hoc autem eos velle ex motu corporis aperiebatur, tamquam verbis naturalibus omnium gentium, quae fiunt vultu et nutu oculorum, ceterorumque membrorum actu, et sonitu vocis indicante affectionem animi in petendis, habendis, reiciendis, fugiendisve rebus. Ita verba, in variis sententiis locis suis posita et crebro audita, quarum rerum signa essent paulatim colligebam. Measque iam voluntates-- edomito in eis signis ore-- per haec enuntiabam.

Sic cum his, inter quos eram, voluntatum enuntiandarum signa communicavi; et vitae humanae procellosam societatem altius ingressus sum, pendens ex parentum auctoritate nutuque maiorum hominum.
[A. mittitur in scholam ut disceret linguosas artes ad vanitatem. Et puniebant eum si non studebat.]

Deus, Deus meus, quas ibi miserias expertus sum, et ludificationes! Quandoquidem recte vivere mihi puero id proponebatur

formare- form
meminisse-remember
excipiunt- receive
lac - milk

uber- breast
alimentum- food
secundum- according to
institutio- plan
usque ad- even to
fundus- bottom
disponere-arrange
dabas nolle--made me not want more than ...(gave to me not to want...)
nutrire- nurse
ordinatus affectus- well ordered attitude
quo- with which
Nam bonum...-For my good(which came) from them was good for them
quippe- for
salus- health, salvation
didicit- learned
paulatim- little by little
sentire-feel, realize
ostendere- show
eis per...-to them through whom they might be fulfilled
intus- within
foris-outside
valére- be able
iactare- toss
membrum- limb
qualia- such as I was able
mihi non obtemp.-- I was not obeyed
vel non intellecto-- either because I was not understood, or lest it harm me
indignari- be angry
subditus-subject
liberi- free men
vindicare- take vengeance

obtemperare monentibus, ut in hoc saeculo florerem, et excellerem linguosis artibus, ad honorem hominum et falsas divitias famulantibus.

Inde ad scholam datus sum, ut discerem litteras, in quibus quid utilitatis esset, ignorabam miser. Et tamen, si segnis in discendo essem, vapulabam. Laudabatur enim hoc a maioribus. Et multi ante nos, vitam istam agentes, praestruxerant aerumnosas vias, per quas transire cogebamur, multiplicato labore et dolore filiis Adam.

huc- in this direction
pergere- go on
pueritia-boyhood
succedere- follow (w.dat.)
in-fans-one who does not speak(fari)
advertere-notice

unde-whence,how: praebére-supply: gemitus-groan: motus-movement: edere- put forth: sensa-things felt: ut voluntati...-that my will might be obeyed: prensare-grasp: appellare-call: secundum eam- towards it: sonare- sound: aperire- make clear: vultu et nutu-expression and nod: actus - act: son itus- sound: affectio- attitude: in petendis... rebus - in seeking ...things: -ve (enclitic) - or: crebro- frequently: colligere- gather, understand: edomito...-my mouth being trained in (to form) these signs: enuntiare- express: communicare- communicate: procellosus- stormy: linguosus - wordy: nutus- nod,will: expertus sum - I experienced: ludificatio - mockery: quandoquidem - for: id... this was set before me (namely) to obey those who warned me: florére- flourish: famulari - serve (with artibus): inde - thence: quid utilitatis- what use: miser - wretched: segnis - slow: vapulare- be beaten: praestruxerunt...-built weary ways: multiplicato..- suffering and grief being multiplied

Vocabularium

excipiunt,3,cepit,ceptus- receive
formare,1-form
obtemperare,1-obey
paulatim-little by little
quippe- for, since
unde-whence, how
motus,u-movement, motion
nutus,u-nod, will

English to Latin

(Review although clauses)

1. Although he did not love school, he was forced to study. 2. By crying he took vengeance on them, although they loved him. 3. He learned Latin even though he was an infant. 4. He did not love to learn letters, even though they were good. 5. Although parents loved their children, they built for them weary ways. 6. If he is slow in learning, he will be beaten.

Quaestiones discutiendae

1. A. dicit de nativitate sua: "nescio unde venerim huc". Revera, non nescivit veritatem de generatione humana. Quid ergo significat?
2. A. dicit de nutrientibus suis: "Bonum erat eis bonum meum ex eis-- quod non ex eis, sed per eas erat." Quid significat?
3. Comparationem facite inter modum quo A. didicit loqui linguam Latinam, et modum quo nos discimus eandem linguam.
4. Quae sunt "aerumnosae viae" de quibus A. loquitur?

Lectio Tertia

[A. didicit etiam orare ad Deum. Orabat praesertim ne vapularet id est, ne puniretur in schola.]

Invenimus autem, Domine, homines rogantes te. Et didicimus ab eis, ut poteramus, esse magnum aliquem, qui posses (etiam non apparens sensibus nostris) exaudire nos, et subvenire nobis. Nam puer coepi rogare te, auxilium et refugium meum, et in tuam invocationem rumpebam nodos linguae meae, et rogabam te parvus, non parvo affectu, ne in schola vapularem.

vapulare- be beaten
ut - as
subvenire-aid(w.dat.)
refugium- refuge
in tuam...I broke the bonds of my tongue to invoke you
affectus- emotion

Et cum me non exaudiebas quod " non erat ad insipientiam mihi"-- ridebantur a maioribus hominibus, atque ab ipsis parentibus (qui mihi accidere mali nihil volebant) plagae meae, magnum tunc et grave malum meum.
[A.interrogat: "Revera debuerunt parentes, et homines maiores, ridere me cum vapularem?" Homines maiores non timent supplicia sua plus quam A. timebat supplicia in schola.]
Estne quisquam, Domine, tam magnus animus, praegrandi affectu tibi cohaerens -- estne, inquam, quisquam, qui tibi pie cohaerendo ita sit affectus granditer ut equuleos et ungulas atque huiuscemodi varia tormenta, pro quibus effugiendis tibi per universas terras cum timore magno supplicatur, ita parvi aestimet, irridens eos, qui haec acerbissime formidant,quemadmodum parentes nostri ridebant tormenta, quibus pueri a magistris affligebamur? Non enim aut minus ea metuebamus, aut minus te de his evadendis deprecabamur.

exaudire- hear prayer
non erat...-it was not for giving me over to folly
ridére-laugh at
mali nihil- no evil
plaga-blow, beating
supplicium-punishment
praegrandis-outstanding
cohaerére-adhere to
inquam- I say
granditer-powerfully
equuleus et ungulas-racks and hooks

pro quibus..- to escape which: supplicatur- prayer is made: parvi aestimet-considers small: irridére-laugh at: acerbus- bitter: formidare-fear: quemadmodum- as: affligere-afflict: metuere- fear: deprecari- beg:

[A.confitetur se pecavisse nihilominus, quia non obediebat parentibus et magistris. Dicit se voluisse ludere.]
Et tamen peccabam, Domine Deus meus, ordinator et creator omnium rerum naturalium, peccatorum autem tantum ordinator; Domine Deus, meus, peccabam faciendo contra praecepta parentum et magistrorum illorum. Poteram enim postea bene uti litteris, quae volebant ut discerem, quocumque animo illi mei [parentes volebant ut discerem]. Non enim meliora eligens eram inobediens, sed amore ludendi, amans in certaminibus superbas victorias, et scalpi aures meas falsis fabellis (quo prurirent)ardentius .... Vide ista, Domine,misericorditer, et libera nos iam invocantes te; libera etiam eos, qui nondum te invocant, ut invocent te, et liberes eos.
[A. non erat baptizatus in infantia, propter consuetudinem malam quae erat in Africa illo tempore. Recepit tamen salem sanctum, quia catechumenus factus est in infantia. Sed cum aeger factus esset, ita ut paene moreretur, mater eius voluit eum baptizari. Sed quia infirmitas discessit, non est baptizatus.]
Audieram enim ego adhuc puer de vita aeterna nobis promissa per humilitatem filii tui, Domini Dei nostri, descendentis ad superbiam nostram. Et signabar iam signo Crucis eius, et condiebar eius sale iam inde ab utero matris meae, quae multum speravit in te. Vidisti, Domine, cum adhuc puer essem, et quodam die pressu stomachi repente aestuarem paene moriturus, vidisti, Deus meus quoniam custos meus iam eras quo motu animi, et qua fide baptismum Christi tui, Dei et Domini mei,flagitavi a pietate matris meae, et matris omnium nostrum, Ecclesiae tuae. Et conturbata mater carnis meae-quoniam et sempiternam salutem meam carius parturiebat, corde casto in fide tua-iam curaret festinabunda, ut sacramentis salutaribus initiarer et abluerer, te, Domine Iesu, confitens in remissionem peccatorum, nisi statim recreatus essem.

ludere- play
ordinator- arranger, governor
uti(w.abl.) use
quocumque animo- in whatever attitude
eligere-choose

certamen- battle
scalpere-scratch
fabella-fable
prurire- itch
ardens-burning
sal- salt
catechumenus-catechumen
aeger- sick
paene-almost
signare-mark
condire- season
ab utero- from the womb
sperare- hope
pressu stomachi- from abdominal trouble
repente- suddenly
aestuare- be excited, feverish
custos-guardian
flagitare- beg
conturbare-disturb

Dilata est itaque mundatio mea, quasi necesse esset ut adhuc sordidarer, si viverem. Quia, videlicet, post lavacrum illud, maior et periculosior in sordibus delictorum reatus foret.

parturire-bring forth be in labor for
castus- chaste

festinabundus- hurrying: initiarer...-that I be initiated and cleansed: in remissionem..-for the forgiveness: dilata est- put off: mundatio- cleansing: sordidare- make dirty: lavacrum- bath(Baptism): delictorum reatus...-the guilt would be

Ita iam credebam, et illa, et omnis domus, nisi pater solus. Qui tamen non evicit in me ius maternae pietatis, quo minus in Christum crederem, sicut ille nondum crediderat. Nam illa satagebat ut tu mihi pater esses, Deus meus, potius quam ille. Et in hoc adiuvabas eam, ut superaret virum, cui melior serviebat, quia et in hoc tibi utique id iubenti serviebat.

Rogo te, Deus meus, vellem scire, si tu etiam velles, quo consilio dilatus sum, ne tunc baptizarer. Utrum bono meo mihi, quasi laxata sint lora peccandi, an non laxata sint? Unde ergo etiam nunc de aliis atque aliis sonat undique in auribus nostris: "Sine illum. Faciat quod vult. Nondum enim baptizatus est." Et tamen in salute corporis non dicimus: " Sine. Vulneretur amplius. Nondum enim sanatus est." Quanto ergo melius et cito sanarer, et id ageretur mecum, meorum meaque diligentia, ut recepta salus animae meae, tuta esset tutela tua, qui dedisses eam!

evicit...-cancel out in me the right of my mother's piety, so that I would not believe
satagere-strive
melior-though she was better
quo consilio- for what reason
laxata sint...-as though the reins were let free for sinning
sonare- sound

undique- on all sides: vulnerare-wound: sanarer-would have been healed(Note impf. for plupf.--A. does much of this in conditions): tutus-safe: tutela-protection

Vocabularium

aestimare,1-judge,think
aestuare,1- be excited,be feverish
differre,distulit,dilatus-put off, postpone
flagitare,1- beg, ask
ridére,risit,risus-laugh(at)
subvenire,venit,venturus (w.dat.)help,come to aid of
supplicare,1-beg, pray for
paene- almost
affectus,u-attitude, emotion, feeling
certamen,mine, longum-struggle, battle, contest

English to Latin

(Review conditional sentences)

1. If he had prayed ,would he have been beaten in school? 2. If parents love their children, how can they laugh at their beatings? 3. If he had not recovered at once, he would have been baptized. 4. If he had been baptized, would he now be sinning? 5. If the teacher should see him, what would he do? 6. If he were not a bad boy, the teacher would not punish him.

Quaestiones discutiendae

1. A. credidit quod Christus promisit exaudire orationes. Quare ergo Christus non exaudivit orationes Augustini ne vapularet in schola?
2. Parentes puerorum revera pueros amabant, sed adhuc ridebant quando pueri vapulabant. Quomodo explicatur hoc?
3. In quo sensu est Deus "peccatorum tantum ordinator"? Quare dicit A. quod Deus est et ordinator et creator omnium aliarum rerum, sed tantum ordinator peccatorum?
4. Quare non approbat A. consuetudinem Africanam non baptizandi pueros in infantia?

Lectio Quarta

[A. confitetur se odisse scholam in primis annis. Praesertim non amavit linguam Graecam. Sed placuit ei legere Vergilium loquentem de Aenea, qui venerat a Troia ut habitaret in Italia et adamaverat Didonem, reginam Carthaginis. Dido autem se interfecit quia postea Aeneas discessit.]

In ipsa tamen pueritia, de qua mihi minus quam de adolescentia metuebatur, non amabam litteras. Et me in eas urgeri oderam. Et urgebar tamen, et bene mihi fiebat, nec faciebam ego bene. Non enim discerem, nisi cogerer. Nemo enim invitus bene facit, etiam si bonum est quod facit. Nec qui me urgebant bene faciebant. Sed bene mihi fiebat abs te, Deus meus. Illi enim non intuebantur quo referrem quod me discere cogebant-- praeterquam ad satiandas insatiabiles cupiditates copiosae inopiae et ignominiosae gloriae. Tu vero cui "numerati sunt capilli capitis" nostri, errore omnium, qui mihi instabant ut discerem, utebaris ad utilitatem meam. Meo autem [errore], qui discere nolebam, utebaris ad poenam meam, qua plecti non eram indignus-- tantillus puer et tantus peccator! Ita de non-benefacientibus, tu bene faciebas mihi. Et de peccante meipso iuste retribuebas mihi. Iussisti enim, et sic est, ut poena sua sibi sit omnis inordinatus animus.

Quid erat causae cur Graecas litteras oderam, quibus puerulus imbuebar, ne nunc quidem mihi satis exploratum est. Adamaveram enim Latinas -- non quas primi magistri, sed quas docent qui grammatici vocantur, Nam illas primas, ubi legere et scribere et numerare discitur, non minus onerosas poenalesque habebam quam omnes Graecas. Unde tamen et hoc, nisi de peccato et vanitate vitae? "Quia caro eram, et spiritus ambulans et non revertens." Nam utique MELIORES, quia certiores, erant primae illae litterae, quibus fiebat in me, et factum est, et habeo illud ut et legam, si quid scriptum invenio, et scribam ipse, si quid volo--QUAM ILLAE, quibus tenere cogebar Aeneae nescio-cuius errores, oblitus errorum meorum, et plorare Didonem mortuam, quia se occidit ob amorem, cum interea meipsum in his a te morientem, Deus, vita mea, siccis oculis ferrem miserrimus!

adamare-fall in love with
pueritia-boyhood
metuebatur(impersonal)
urgére- urge, drive
bene mihi...-it was done well for me
discerem, cogerer: impf. for plupf.
invitus-unwilling
intueri- consider, took to
quo referrem- to what I would refer, (what use I would make)
praeterquam-except
satiare-satisfy
insatiabilis-insatiable
copiosae inopiae-rich neediness
ignominiosus-shameful
cui-in whose sight
numerati:quoting Matt.10.30
errore:abl.w. utebaris
instare-press on, urge(w.dat.)
plectere-strike
tantillus-so little
retribuere-repay
inordinatus-disordered

puerulus-small boy: imbuere-steep in: explorare-find out: onerosus-burdensome: poenalis-penal: habére-consider: vanitas-vanity, emptiness: Quia caro: Ps.77,39. quibus fiebat..-by which this was brought about in me that (Ut)... : si quid-if anything, whatever : nescio-cuius-some unknown(see note below): oblitus-forgetting: plorare-mourn: Dido-Dido(Carthaginian queen, in Virgil's story of Aeneas): interea-meanwhile: siccus-dry:

[A. interrogat : Quid erat miserius quam ego-- qui non miserabar meipsum, sed flebam mortem Didonis, et non miserabar mortem animae meae in qua eram quia Deum non amabam?]

Quid enim miserius misero non miserante seipsum, et flente Didonis mortem, quae fiebat amando Aeneam, non flente autem mortem suam, quae fiebat non amando te, Deus, lumen cordis mei, et panis oris intus animae meae?

Sed nunc in anima mea clamet Deus meus et veritas tua dicat mihi: "Non est ita, non est ita. Melior prorsus doctrina illa prior."

miserari-pity
panis...bread of the mouth of my soul within
errores Aeneae-wanderings of Aeneas
vela pendent-veils hang before the threshold

Nam ecce! paratior sum oblivisci errores Aeneae atque omnia eiusmodi,quam scribere et legere. At enim vela pendent liminibus grammaticarum scholarum-- sed non illa magis honorem secreti, quam tegumentum erroris significant. Non clament adversum me, quos iam non timeo, dum confiteor tibi quae vult anima mea, Deus meus, et acquiesco in reprehensione malarum viarum mearum, ut diligam bonas vias tuas. Peccabam ergo puer, cum illa inania istis utilioribus amore praeponebam, vel potius ista oderam, illa amabam. Iam vero "Unum et unum duo. Duo et duo quattuor" odiosa cantio mihi erat, et dulcissimum spectaculum vanitatis equus ligneus plenus armatis, et Troiae incendium.

Cur ergo Graecam etiam grammaticam oderam talia cantantem? Nam et Homerus peritus texere tales fabellas, et dulcissime vanus est -- mihi tamen amarus erat puero. Credo etiam Graecis pueris Vergilius ita sit, cum eum sic discere coguntur, ut ego illum; videlicet, difficulter. Difficultas omnino ediscendae peregrinae linguae quasi felle aspergebat omnes suavitates Graecas fabulosarum narrationum. Nulla enim verba noveram, et saevis terroribus ac poenis, ut nossem, instabatur mihi vehementer. Nam et Latina aliquando infans utique nulla noveram; et tamen advertendo didici, sino ullo metu atque cruciatu, inter etiam blandimenta nutricum, et ioca arridentium, et laetitias alludentium. Didici vero illa sine poenali onere urgentium, cum me urgeret cor meum ad parienda concepta sua, quae non possem, nisi aliqua verba didicissem, non a docentibus, sed a loquentibus, in quorum et ego auribus parturiebam quidquid sentiebam. Hinc satis elucet maiorem habere vim ad discenda ista liberam curiositatem, quam meticulosam necessitatem.

tegumentum-covering
quos: illi quos
acquiesco-consent to
reprehensio-rebuke
inanis-empty
praeponere-prefer (w.obj.&dat.)
odiosa cantio-hateful singsong
equus ligneus:armed men hid in a large hollow wooden house, and so entered Troy to capture it.
incendium-burning
peritus texere-skilled in weaving
fabella-fable
vanus-vain
amarus-bitter
videlicet-that is
ediscere-learn
peregrinus-foreign
felle aspergebat-sprinkled with gall
suavitas-sweetness
saevus-fierce
nossem:novissem

instabatur(impersonal) pressure was brought on me: cruciatus-torture: blandimentum-enticement: ioca..-jokes of those smiling on me, and joys of those playing: onus-burden ad parienda...-to bring forth its thoughts: parturire-bring forth: elucére-shine forth, be clear: meticulosus-fearful:

[A. narrat id quod debebat facere in schola: iussus est orationem habere, quasi ipse esset dea falsa Iuno, irata et dolens quod non posset Troianos excludere Italia. Nonne vanum erat, interrogat A.? Nonne artem rhetoricam aliis, melioribus modis discere poterat?]

Sine me, Deus meus, dicere aliquid et de ingenio meo, munere tuo,--in quibus a me deliramentis atterebatur. Proponebatur enim mihi negotium animae meae satis inquietum, praemio laudis, et dedecoris vel plagarum metu, ut dicerem verba Iunonis irascentis et dolentis quod non posset " Italia Teucrorum avertere regem"-- quae numquam Iunonem dixisse audieram. Sed figmentorum poeticorum vestigia errantes sequi cogebamur, et tale aliquid dicere solutis verbis, quale poeta dixisset versibus. Et ille dicebat laudabilius, in quo pro dignitate adumbratae personae, irae ac doloris similior affectus eminebat, verbis sententias congruentes vestientibus.

Ut quid mihi illud, O vera vita mea, Deus meus, quod mihi recitanti acclamabatur, prae multis coetaneis et conlectoribus meis? Nonne ecce illa omnia fumus et ventus? Itane aliud non erat, ubi exerceretur ingenium et lingua mea? Laudes tuae, Domine, laudes

ingenium-talent
munus-gift
deliramentum-madness
atterere-wear down
dedecus-disgrace
plaga-blow
Teucri-Trojans
figmentorum..-paths of poetic inventions
solutis verbis- in prose
quale- such as
pro dignitate- in accord with the dignity of the person represented
eminére-stand out

tuae per Scripturas tuas suspenderent palmitem cordis mei, et non raperetur per inania nugarum, turpis praeda volatilibus. Non enim uno modo sacrificatur transgressoribus Angelis.

verbis..-with words clothing the appropriate thoughts

ut quid-why, for what purpose: acclamare-applaud: prae- more than: coetaneis et conlect- fellow students of my own age: fumus et ventus- smoke and wind: suspenderent palmitem- would support the vine- shoot: nugae- trifles: turpis...-shameful prey for birds: transgressoribus- the fallen angels (devils)

Vocabularium

instare,stitit,status(w.dat.)- press on, impend,urge,approach
intueri,intuitus est- look at, consider
metuere,tuit,tutus-fear
parturire,turivit-bring forth, be in labor with
praeponere,posuit,positus-prefer, put before(praeponere illud huic)
urgére-urge, press on

ut quid- why

fumus o- smoke emptiness, pride
inanis,e,i-empty
nescio-quis-someone or other(the quis is declined,nescio does not change, nor does it serve as a verb of any clause)
saevus,a,um-fierce, savage

Pattern Practice

We already learned(lesson 76 of 1st year and 20 of 2nd year) to use gerundives to stand for an English gerund with an object. Since Augustine has already been using some of these, and uses more in this lesson, it will be good to practice more on them. Notice that we will need various cases, and that some examples need prepositions.

Here are some three part sentences. In the third part, use a gerundive. Sample: Marcus consul factus est. Marcus dona dedit. Marcus consul factus est. Answer: donis dandis. -- Puer didicit Graecam linguam. Puer odit laborem. Puer odit laborem... Ille timebat poenas. Ille volebat evadere. Ille Deum deprecabatur de... Infans petebat multas res. Infans exclamabat vehementer. Infans exclamabat vehementer in ... Infans nescivit verba. Infans res petebat. Infans nescivit verba.. Iuno conata est Troianos delere. Iuno multa locuta est. Multa locuta est de... Discipulus artem discebat. Discipulus multa passus est. Discipulus multa passus est in... Dido debebat amicum deserere. Dido multum flebat. Dido flebat de... Discipulus haec legebat. Discipulus etiam flevit. Discipulus flevit... Magister punivit discipulum malum. Magister bonum fecit. Magister bonum fecit... Puer discebat verba multa. Puer volebat sententias enuntiare. Puer discebat verba... Discipuli audiverunt Augustinum. Discipuli eum laudaverunt. Discipuli exclamaverunt in....

English to Latin

(Review clauses of fear and doubt)

1. He feared lest he be beaten in school. 2. He did not fear to sin against God. 3. The teacher did not doubt that these things would be good for them. 4. Dido doubted whether she could live without him. 5. The fear that he would not be praised urged him. 6. His parents did not doubt that they were doing good to him.

Quaestiones discutiendae

1. Parentes et magistricogebantAugustinum discere litteras. Quare dicit A. "Nec qui me urgebant bene faciebant."
2. Quid significant verba: "ad satiandas insatiabiles cupiditates copiosae inopiae et ignominiosae gloria"? Quae figura rhetorica videtur in his verbis?

3. Quo sensu dicit A. "cum interea meipsum in his a te morientem...siccis oculis ferrem"? Dixitne verum dicens se hoc modo mori?
4. Quo sensu sunt vela in grammaticarum scholis "tegumentum erroris"?
5. Quid dicendum est de genere orationis quod A. describit,i.e., in quo debebat Iunonem iratam imitari?
6. Quo sensu est omnis inordinatus animus poena sua sibi? Inveniantur exempla.

Lectio Quinta.

[A.confitetur se multum peccasse in adolescentis sua, in amoribus illicitis.]

Recordari volo transactas foeditates meas, et carnales corruptiones animae meae-- non quod eas amem, sed ut amem te, Deus meus. Amore amoris tui facio istud, recolens vias meas nequissimas in amaritudine recogitationis meae, ut tu dulcescas mihi, dulcedo non fallax, dulcedo felix et secura.... Exarsi enim aliquando satiari inferis in adolescentia, et silvescere ausus sum variis et umbrosis amoribus. Computrui coram oculis tuis, placens mihi, et placere cupiens oculis hominum.

Et quid erat quod me delectabat, nisi amare et amari? Sed non tenebatur modus, ut non discerneretur serenitas dilectionis a caligine libidinis. Utrumque in confuso aestuabat, et rapiebat imbecillam aetatem per abrupta cupiditatum, atque mersabat gurgite flagitiorum. Sed efferbui miser, sequens impetum fluxus mei, relicto te. Et excessi omnia legitima tua, nec evasi flagella tua. Quis enim hoc mortalium? Nam tu semper aderas, misericorditer saeviens, et amarissimis aspergens offensionibus omnes illicitas iucunditates meas, ut ita quaererem sine offensione iucundari, et ubi hoc possem, non invenirem quidquam praeter te, Domine. Ubi eram, et quam longe exulabam a deliciis domus tuae, anno illo sexto decimo aetatis carnis meae, cum accepit in me luxuria sceptrum, et totas manus ei dedi, vesaniae libidinis licentiosae? Non fuit cura meorum ruentem excipere me matrimonio. Sed cura fuit tantum ut discerem sermonem facere quam optimum, et persuadere dictione.

Et anno quidem illo intermissa erant studia mea, dum mihi reducto a Madauris (in qua vicina urbe iam coeperam litteraturae atque oratoriae percipiendae gratia peregrinari) longinquioris apud Carthaginem peregrinationi sumptus praeparabantur, animositate magis quam opibus patris, municipis Thagastensis admodum tenuis. Cui narro haec? Neque enim tibi, Deus meus, sed apud te narro haec generi meo, generi humano, quantulacumque ex particula incidere potest in istas meas litteras.

illicitus-forbidden
transactus-past
foeditas-foulness
recolere-recall
nequissimus- very evil
amaritudo-bitterness
recogitatio-thought
dulcescere-become sweet
dulcedo-sweetness
fallax-deceptive
felix- happy
exardére- be ablaze
aliquando- once
satiare-satisfy
inferi- hell
silvescere- go to leaf, run wild
umbrosus- shady
computrescere- become rotten
modus-limit
discernere-distinguish
serenitas-calmness
caligine libid.-mist of lust
in confuso-confusedly
imbecillus- weak
abrupta...-steep places of desire
mersare- plunge
gurgite...-whirlpool of sins

effervescere-rage: fluxus- flow: excedere-go beyond: legitima-ordinances: flagellum-scourge: saevire-rage: aspergere-sprinkle: iucunditas-pleasure: iucundari-be delighted: exulare- be in exile: vesaniae...-insanity of licentious lust: quam optimum- as fine as possible: dictio- speech: intermittere-interrupt: Madauri- Maduara(city): vicinus-neighboring: peregrinari- travel: longinquus-distant: peregrinatio- trip: sumptus(u)- expense: animositas-spirit: municeps-citizen: Thagastensis- of Thagaste: admodum tenuis-rather poor: quantulacumque...-in whatever part

Sed ubi sexto illo decimo anno, interposito otio ex necessi-

interposito...-with

tate domestica, feriatus ab omni schola cum parentibus esse coepi, excesserunt caput meum vepres libidinum, et nulla erat eradicans manus. Hei mihi, et audeo dicere tacuisse te, Deus meus cum irem abs te longius? Itane tu tacebas tunc mihi? Et cuius erant, nisi tua, verba illa per matrem meam fidelem tuam, quae cantasti in aures meas? Nec inde quicquam descendit in cor meum, ut facerem illud. Volebat enim illa, et secreto memini ut monuerit cum sollicitudine ingenti, ne fornicarer, maximeque ne adulterarem cuiusquam uxorem. Qui mihi monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubescerem. Illi autem tui erant, et nesciebam. Et te tacere putabam, atque illam loqui, per quam mihi tu non tacebas, et in illa contemnebaris a me, a me filio eius, filio ancillae tuae, servo tuo. Sed nesciebam, et praeceps ibam tanta caecitate, ut inter coetaneos puderet me minoris dedecoris, quoniam audiebam eos iactantes flagitia sua, et tanto gloriantes magis, quanto magis turpes essent. Et libebat facere non solum libidine facti, verum etiam laudis. Quid dignum est vituperatione nisi vitium? Ego, ne vituperarer, vitiosior fiebam, et ubi non suberat, quo admisso aequarer perditis, fingebam me fecisse quod non feceram, ne viderer abiectior, quo eram innocentior, et ne vilior haberer, quo eram castior.

leisure intervening
feriatus-on holiday
vepres libidinum-the brambles of lusts
eradicare- uproot
hei- alas
tacére- be silent
auris- ear
ut- how
fornicari- commit fornication
monitus muliebres- womanly warnings
erubescere-blush
ancilla-handmaid
praeceps-headlong
caecitas-blindness
coetaneus-of same age
pudet- it makes ashamed(w.poss.)

dedecus-disgrace: iactare- boast of: gloriari-boast, brag: libet- it pleases: vituperatio-blame: vitiosus-vicious: ubi non..-when there was nothing whose commission would make me equal to the base, I pretended: ne viderer..-lest I seem the lower, the more innocent I was, and lest I be considered cheaper, the more chaste I was

[A. etiam faciebat furta. Interrogat quam ob causam haec faciebat.]

Furtum certe punit lex tua, Domine, et lex scripta in cordibus hominum, quam ne ipsa quidem delet iniquitas. Quis enim fur aequo animo furem patitur? Nec copiosus [fur patitur furem] adactum inopia. Et ego furtum facere volui, et feci, nulla compulsus egestate, nisi penuria et fastidio iustitiae.... Nam id furatus sum quod mihi abundabat, et multo melius. Nec ea re volebam frui quam furto appetebam, sed ipso furto et peccato. Arbor erat pirus in vicinia vineae nostrae, pomis onusta, nec forma nec sapore illecebrosis. Ad hanc excutiendam atque exportandam nequissimi adolescentuli perreximus nocte intempesta, quousque ludum(de pestilentiae more) in areis produxeramus. Et abstulimus inde onera ingentia-- non ad nostras epulas, sed vel proicienda porcis, etiamsi aliquid inde comedimus; dum tamen fieret a nobis quod eo liberet, quo non liceret.

Quid ergo miser in te amavi, o furtum meum, o facinus illud meum nocturnum sextidecimi anni aetatis meae? Non enim pulchrum eras, cum furtum esses.... Pulchra erant poma illa, sed non ipsa concupivit anima mea miserabilis: erat enim mihi meliorum copia, illa autem decerpsi tantum ut furarer. Nam decerpta proieci, epulatus inde solam iniquitatem, qua laetabar fruens. Nam et si quid illorum pomorum intravit in os meum, condimentum ibi facinus erat.

Et tamen, solus id non fecissem--sic recordor animum tunc meum--solus omni modo non fecissem. Ergo ibi amavi etiam consortium eorum cum quibus id feci. Non ergo nihil aliud quam furtum amavi: imo vero nihil aliud, quia et illud nihil est. Sed

furtum- theft
fur- thief
pati-endure
copiosus-rich
adactus inopia-driven by need
egestas-need
penuria...-lack and scorn of justice
furari- steal
frui(w.abl.)-enjoy
arbor pirus-pear tree
vinea-vineyard
pomis onusta-loaded w. fruit.
sapore illecebr... enticing by taste
nocte intempesta- late at night
quousque- to what hour we had, in evil custom, prolonged our games in the yards
epula- feast
vel- feast
dum - provided that

quoniam in illis pomis voluptas mihi non erat, ea erat in ipso facinore, quam faciebat consortium simul peccantium. Quid erat ille affectus animi? Certe enim plane turpis erat nimis.... Sed tamen quid erat? Risus erat, quasi titillato corde, quod fallebamus eos, qui haec a nobis fieri non putabant, et vehementer nolebant. O nimis inimica amicitia, et ludo et ioco nocendi aviditas, et alieni damni appetitus, nulla lucri meï, nulla ulciscendi libidine, sed cum dicitur: "Eamus, faciamus"--et pudet non esse impudentem!

eo liberet- it pleased precisely in that it was illicit
concupiscere- desire
decerpere-pluck
epulari- eat
condimentum- seasoning

consortium-fellowship: plane-clearly: risus...-a laugh, like a tickling in the heart: aviditas-eagerness: ulcisci- get revenge: pudet.. -it was a shame not to be shameless:

Vocabularium

excedere,cessit,cessus-go beyond exceed
peregrinari,1-travel, be in pilgrimage
recolere,coluit,cultus-recall
satiare-satisfy, fill

aliquando- at some time, once

amarus,a,um-bitter
auris,i,longa-ear
dulcedo,dine,bona-sweetness
praeceps,cipiti headlong, rash
turpis,e,i-shameful

English to Latin

(Review result clauses, including substantive result)

1. He was so wicked that he stole pears which he did not need. 2. It happened that he was not in in school that year. 3. He went headlong with such blindness that he was ashamed not to be shameless. 4. God is so good that he does not desert even such men. 5. It happened that they saw some pear trees.

Quaestiones discutiendae

1. A. dicit quod Deus aderat "misericorditer saeviens". Quid significat hoc?
2. Quomodo aspergebat Deus voluptates Augustini amarissimis offensionibus? Faciebat hoc Deus probabiliter ut puniret Augustinum? Estne relatio inter haec verba Augustini et sententiam quam vidimus in lectione quarta: "Iussisti enim, et sic est, ut poena sua sibi sit omnis inordinatus animus"?
3. Quare revera Augustinus fecit furtum? Datne ipse causam veram?
4. Quare tam multa scripsit Augustinus de re tam parva? Non enim multum furatus est.

Lectio Sexta

[A. narrat se amavisse "amores", id est, peccata sensualia-- et nescivisse verum amorem, amorem Dei. Periculum ipsum peccandi amavit, et voluit plus desiderare peccare.]

Veni Carthaginem, et circumstrepebat me undique sartago flagitiosorum amorum. Nondum amabam, et amare amabam. Et secretiore indigentia, oderam me minus indigentem. Quaerebam quod amarem, amans amare, et oderam securitatem et viam sine muscipulis. Quoniam fames mihi erat intus ab interiore cibo, te ipso, Deus meus. Et ea fame non esuriebam, sed eram sine desiderio alimentorum incorruptibilium-- non quia plenus eis eram, sed quo inanior [eram] eo fastidiosior [eram].

circumstrepere- sound around
sartago..-frying pan of wicked loves (note the pun on Carthage)
indigentia- neediness
muscipula- trap
intus-within
esurire- be hungry

[Spectacula in theatris etiam placebant Augustino, quamquam dolebat videns res tragicas. Interrogat: Quare placebant lacrimae? -- Non intellegebat quod per dolores in theatris, emotiones hominis purgantur, sicut putat philosophus magnus Aristoteles.]

Rapiebant me spectacula theatrica, plena imaginibus miseriarum, et fomitibus ignis mei. Quid est quod homo ibi vult dolere cum spectat luctuosa atque tragica, quae tamen pati ipse nollet? Et tamen pati vult ex eis dolorem spectator, et dolor ipse est voluptas eius. Quid est nisi mirabilis insania? Lacrimae ergo amantur et dolores? Certe, omnis homo gaudere vult. An cum miserum neminem esse libeat, libet tamen esse misericordem quod, quia non sine dolore est, hac una causa amantur dolores?

[Sed eodem tempore, Augustinus amavit artes oratorias, et victorias per eas in scholis. Non tamen se iunxit operibus malis "Eversorum", qui erant iuvenes delinquentes. In scholis pervenit in librum Ciceronis. Ciceronis liber "Hortensius" excitavit in A. amorem sapientiae. Sed, quia nomen Christi non inveniebatur in Cicerone, coepit legere Sacras Scripturas. In eis autem, non invenit stylum oratoricum: dimisit ergo Scripturas.]

Et maior iam eram in schola rhetoris, et gaudebam superbe, et tumebam typho, quamquam longe sedatior, Domine, tu scis, et remotus omnino ab eversionibus quas faciebant "Eversores" -- hoc enim nomen saevum et diabolicum velut insigne urbanitatis est - inter quos vivebam pudore impudenti, quia talis non eram. Inter hos ego imbecilla tunc aetate discebam libros eloquentiae, in qua eminere cupiebam, fine damnabili et ventoso per gaudia vanitatis humanae. Et usitato iam discendi ordine perveneram in librum cuiusdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita. Sed liber ille ipsius exhortationem continet ad philosophiam, et vocatur "Hortensius". Ille vero liber mutavit affectum meum, et ad te ipsum, Domine, mutavit preces meas et vota ac desideria mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis vana spes, et immortalitatem sapientiae concupiscebam, aestu cordis incredibili, et surgere iam coeperam, ut ad te redirem.

alimentum- food
quo inanior-the more empty, the more squeamish
purgare-cleanse,
fomes - tinder
luctuosus-full of grief
libet-it pleases
Eversores-Wreckers
excitare-arouse
tumebam- was swollen with pride
sedatior- more conservative
eversio-wrecking
insigne-mark, badge
urbanitas-refinement
pudor-shame
impudens-shameless
imbecillus-weak
eminére- shine
finis-purpose
ventosus-windy
usitatus-usual
pectus-heart
votum- prayer
vilescere- appear cheap
repente-suddenly
aestus- desire

Non enim ad acuendam linguam, quod videbar emere maternis mercedibus, cum agerem annum aetatis undevigesimum, iam defuncto patre ante biennium--non ergo ad acuendam linguam referebam illum librum. Neque mihi locutionem, sed quod loquebatur persuaserat.[Id est, non stylus libri, sed doctrina libri placebat ei.]

Quomodo ardebam, Deus meus! Quomodo ardebam avolare a terrenis ad te! Et nesciebam quid ageres mecum. Apud te est enim sapientia. Amor autem sapientiae, nomen Graecum habet φιλοσοφίαν, quo me accendebant illae litterae. Sunt qui seducant per philosophiam magno et blando et honesto nomine colorantes et fucantes errores suos. Et prope omnes, qui ex illis et supra temporibus tales erant, notantur in eo libro et demonstrantur. Et manifestatur ibi salutifera illa admonitio spiritus tui per servum tuum bonum et pium: "Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, et inanem seductionem secundum traditionem hominum, et non secundum Christum. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter."

Et ego illo tempore-- scis tu, lumen cordis mei--quoniam nondum mihi haec apostolica nota erant, hoc tamen solo delectabar

acuere.sharpen
maternis mercedibus- at my Mother's expense
ante biennium- 2 yrs. ago
ardére- be eager
avolare-fly away
φιλοσοφίαν-philosophy
accendere-arouse
Sunt qui...- there are those who deceive
blandus-flattering
fucare-disguise
prope-almost
notare- note
salutiferus-salutary
admonitio-warning
"Videte ne..."-Col. 2.8-9

in illa exhortatione quod non illam aut illam sectam, sed ipsam (quaecumque esset) sapientiam ut diligerem et quaererem, et assequerer, et tenerem, atque amplexarer fortiter excitabar sermone illo, et accendebar, et ardebam. Et hoc solum in me tanta flagrantia refrangebat, quod nomen Christi non erat ibi. Quoniam hoc nomen, secundum misericordiam tuam Domine, hoc nomen Salvatoris mei, filii tui, in ipso adhuc lacte matris tenerum cor meum pie biberat, et alte retinebat. Et quidquid sine hoc nomine fuisset, quamvis literatum et expolitum et veridicum, non me totum rapiebat.

hoc tamen solo-I was delighted with only this...that I was greatly aroused not to seek one or another sect, but wisdom itself...
flagrantia-eagerness
refrangere-drive back

lac - milk: tener-tender: literatus-literary: expolitus-polished: veridicus-truth speaking:

Itaque institui animum intendere in Scripturas sanctas, ut viderem quales essent. Et ecce, video rem non compertam superbis, neque nudatam pueris, sed incessu humilem, successu excelsam, et velatam mysteriis. Et non eram ego talis ut intrare in eam possem, aut inclinare cervicem ad eius gressus. Non enim sicut modo loquor, ita sensi, cum attendi ad illam Scripturam, sed visa mihi est indigna, quam Tullianae dignitati compararem. Tumor enim meus refugiebat modum eius, et acies mea non penetrabat interiora eius. Verumtamen illa erat, quae cresceret cum parvulis. Sed ego dedignabar esse parvulus, et turgidus fastu, mihi grandis videbar.

[Post haec, Augustinus invenit Manichaeos. Quia loquebantur de nomine Iesu, A. putavit se posse invenire sapientiam apud eos. Itaque factus est Manichaeus per annos novem.]

Itaque incidi in homines superbe delirantes, et carnales nimis et loquaces, in quorum ore laquei diaboli et viscum confectum commixtione syllabarum nominis tui, sed et Domini Iesu Christi, et Paracleti, consolatoris nostri, Spiritus Sancti. Haec enim nomina non recedebant de ore eorum, sed sono tenus, et strepitu linguae; ceterum, cor inane veri. Et dicebant: "Veritas et veritas". Et multi eam dicebant mihi, et nusquam erat in eis, sed falsa loquebantur, non de te tantum, qui veritas es, sed etiam de istis elementis huius mundi, creatura tua, de quibus etiam vera dicentes philosophos transgredi debui prae amore tuo, mi Pater summe bone, pulchritudo omnium. O veritas, veritas! Quam intime etiam tunc medullae animi mei suspirabant tibi, cum te illi sonarent mihi frequenter et multipliciter, voce sola, et libris multis et ingentibus! Et illa erant fercula, in quibus mihi esurienti te, inferebantur pro te sol et luna, pulchra opera tua--sed tamen opera tua, non tu, nec ipsa prima. Priora enim spiritualia opera tua, quam ista corporea, quamvis lucida et coelestia.

instituere-decided
compertus-discovered
nudatus-laid bare
incessu...-lowly in step, high in outcome, veiled in mysteries
cervix-neck
gressus-step
Tullianus -Ciceronian
tumor-swelling,pride
refugere-shrink from
modus-moderation
acies-eyesight,mind
parvulus-little one
dedignari-disdain
turgidus fastu-swollen with pride
delirare-rave
loquax-talkative
laqueus-snare
viscum...-birdlime (a trap) made of a mixture of the syllables of your name...
sono tenus...-only in respect to the sound and noise of the tongue
nusquam-nowhere
transgredi-go beyond
prae-out of
pulchritudo-beauty

intime-interiorly: medullae...-the marrow of my soul sighed: ferculum-dish:

Nota de doctrina Manichaeorum

Manichaei docuerunt esse duo regna aeterna: regnum lucis, et regnum tenebrarum. Rex regni lucis est Deus bonus. Docuerunt Manichaei esse etiam deum malum in regno tenebrarum? Difficile est dicere. Sed fere hoc docuerunt, quia regem magnum docuerunt regnare in regno tenebrarum qui posset contra Deum bonum pugnare.

vellere-pluck

Secundum Manichaeos, rex regni tenebrarum vidit regnum lucis, et voluit lucem habere. Bellum ergo movit. Deus bonus misit hominem primum(non idem est ac Adam)

ut pugnaret contra potestates tenebrarum. Homo primus autem captus est-- et quamquam postea liberatus est, amisit partem lucis suae in captivitate.Hic mundus in quo nunc vivimus, factus est a Spiritu Vivente. Spiritus enim Vivens missus est ut liberaret lucem captam ex regno tenebrarum. Ut hoc perficeret, Spiritus Vivens hunc mundum fecit, in quo mixtae sunt lux et tenebrae. Principes autem tenebrarum fecerunt Adam et Evam.

Manichaei etiam loquebantur de Iesu--sed dixerunt eum non revera natum esse, nec carnem veram habuisse. Caro enim, secundum Manichaeos est mala. Similiter, quia non vere carnem habuit, Iesus non est vere crucifixus.

Quia caro humana mala est, matrimonium malum est, ex quo nascuntur plures homines corpora habentes. Ergo Manichaei Electi non duxerunt uxores (duae enim classes Manichaeorum erant: Electi, et Auditores). Similiter, non licebat Electis carnes comedere-- nec licebat herbas vellere, quia hoc facientes, iniuriam facerent particulis lucis quae in herbis erant. Sed licebat auditoribus haec omnia facere. Itaque Auditores dabant herbas Electis. Electi autem, has herbas comedentes, lucem liberabant ex eis.

Deus de quo locuti sunt Manichaei erat corpus, non spiritus. Similiter, anima humana putabatur esse corpus, non spiritus-- omnino Manichaei non credebant spiritus esse. Revera, omnis homo habebat(secundum illos) animas duas-- si quid mali faceret, poterat accusare animam malam in se.

Vocabularium

ardére,arsit,arsus- be on fire, be eager for
esurire,4- be hungry
excitare,1-arouse, excite
instituere,stituit,stitutus-establish, decide
libet, libuit-it pleases
purgare,1-clean, purge
blandus,a,um-flattering, kind
flagitium,o-evil deed
impudens, denti-shameless
insignis,e,i-outstanding, remarkable(as neuter noun:badge,sign)
pudor,ore,magnus, -shame,sense of modesty
votum,o-prayer, vow

English to Latin

(Review relative clauses)

1. He was one who hated a way without dangers. 2. There are those who deceive men through philosophy. 3. His mother sent money with which to buy eloquence. 4. He who was really small wanted to seem to be great. 5. He loved the Manichees who promised him wisdom. 6. He disdained the Scriptures which were not like Ciceronian dignity.

Quaestiones discutiendae

1. Quid significat A. dicens: "Nondum amabam, et amare amabam." Habetne verbum "amor" semper eandem significationem?
2. A. revera legerat theorias Platonis de theatro. Quid dixit Plato de his rebus?
3. Quare tali modo loquitur A. de Cicerone, dicens de libro "cuiusdam Ciceronis". Revera A. bene noverat Ciceronis opera, et amavit ea.
4. A. dicit sibi non placuisse stylum Scripturarum. Vultne dicere quod Scripturae habebant materiam altiorem quam Cicero, sed stylum litterarium malum?
5. Quid dixerunt alii Christiani temporibus Augustini de philosophis paganis? Quid dixit Augustinus ipse?

Lectio Septima

[Mater Augustini multum flebat et orabat quia Augustinus factus erat Manichaeus. Sed Deus misit ei somnium ad eam consolandam. A. autem conatus est hoc somnium male interpretari: mater autem interpretationem eius falsam esse monstravit].

Et "misisti manum tuam ex alto" et de hac profunda caligine "eruisti animam meam" cum pro me fleret ad te mater mea, fidelis

misisti...Ps.143,7; 85,13.
caligo- mist
eruere-deliver
amplius- more
corporeus-bodily

tua, amplius quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide et spiritu, quam ex te habebat, et exaudisti eam, Domine. Exaudisti eam, nec despexisti lacrimas eius, cum profluentes rigarent terram sub oculis eius in omni loco orationis eius, et exaudisti eam. Nam unde illud somnium quo eam consolatus es, ut vivere mecum cederet, et habere mecum eandem mensam in domo--quod nolle coeperat, aversans et detestans blasphemias erroris mei? Vidit enim stantem se in quadam regula lignea, et advenientem ad se iuvenem splendidum, hilarem atque arridentem sibi, cum illa esset moerens et moerore confecta. Qui, cum causas quaesisset ab ea moestitiae suae quotidianarumque lacrimarum (docendi, ut assolet, non discendi gratia) atque illa respondisset perditionem meam se plangere, iussisse illum, quo secura esset, atque admonuisse, ut attenderet et videret, ubi illa, ibi esse et me.

Quod illa ubi attendit, vidit me iuxta se in eadem regula stantem. Unde hoc, nisi quia erant aures tuae ad cor eius, O tu bone omnipotens, qui sic curas unumquemque nostrum tamquam solum cures, et sic omnes tamquam singulos?

Unde illud etiam, quod cum mihi narrasset ipsum visum, et ego ad id trahere conarer ut illa se potius non desperaret futuram esse, quod eram, continuo sine aliqua haesitatione: "Non," inquit, "non enim mihi dictum est: Ubi ille, ibi et tu; sed: Ubi tu, ibi et ille." Confiteor tibi, Domine, recordationem meam:--quantum recolo, quod saepe non tacui-- amplius me ISTO per matrem vigilantem RESPONSO TUO (quod tam vicina interpretationis falsitate non turbata est, et tam cito vidit quod videndum fuit, quod ego certe antequam dixisset non videram) etiam tum commotum fuisse, quam ipso somnio, quo feminae piae gaudium tanto post futurum ad consolationem tunc praesentis sollicitudinis tanto ante praedictum est.

funus-death
despicere-despise
lacrima-tear
profluere-flow forth
rigare-moisten
cederet-consented
mensa-table
aversare-avoid
regula lignea-
wooden rule
hilaris-cheerful
arridére-smile
moerére-mourn
moeror-mourning
confectus-worn out
moestitia-sadness
ut assolet- as usual
perditio- ruin
plangere-wail over
iussisse: supply:
mater dixit illum
iussisse...
quo- in order that
attendere-notice
curare-care for
ad id trahere-tried
to interpret it to
mean that
desperare-despair

continuo- at once: Confiteor...amplius me...commotum fuisse: recordatio-memory: vigilare- be awake: vicina...-plausible falsity of the interpretation: tanto post futurum... -which was to take place so much later: sollicitudo- anxiety:

Nam novem ferme anni secuti sunt, quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falsitatis, cum saepe surgere conarer, et gravius allidere, volutatus sum; cum illa vidua casta, pia ac sobria, quales amas, iam quidem spe alacrior, sed fletu et gemitu non segnior, non desineret horis omnibus orationum suarum de me plangere ad te. Et intrabant in conspectum tuum preces eius, et me tamen dimittebas adhuc volvi et involvi caligine.

Et dedisti alterum responsum interim quod recolo. (Nam et multa praetereo, propter quod propero ad ea, quae me magis urgent confiteri tibi, et multa non memini.) Dedisti ergo alterum per sacerdotem tuum quemdam episcopum nutritum in ecclesia et exercitatum in libris tuis. Quem cum illa femina rogasset, ut dignaretur mecum colloqui, et refellere errores meos, et dedocere me mala ac docere bona (faciebat enim hoc, si quos forte idoneos invenisset) noluit ille--prudenter sane, quantum sensi postea. Respondit enim me adhuc esse indocilem, eo quod inflatus essem novitate haeresis illius; et nonnullis quaestiunculis iam multos imperitos exagitassem, sicut illa indicaverat ei. "Sed sine" inquit, "illum ibi, et tantum roga pro eo Dominum. Ipse legendo reperiet quis ille sit error et quanta impietas."

ferme-about
limo profundi- mud
of the deep
surgere-rise
allidere- dash
volutatus sum- was
tossed
castus-chaste
alacer- prompt
fletu...- not slower
in weeping and
groaning
desinere-cease
dimittere-allow
caligo-mist
praetereo-pass by
propero- hasten
nutritus-raised
exercitatus-trained
dignari- be willing

Simul etiam narravit se quoque parvulum, a seducta matre sua, datum fuisse Manichaeis, et omnes paene non legisse tantum verum etiam scriptitasse libros eorum; sibique apparuisse, nullo contra disputante et convincente, quam esset illa secta fugienda: itaque fugisse. Quae cum ille dixisset, atque illa nollet acquiescere, sed instaret magis deprecando, et ubertim flendo, ut me videret, et mecum dissereret, ille iam substomachans taedio: "Vade" inquit; "a me;ita vivas. Fieri enim non potest, ut filius istarum lacrimarum pereat." Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum saepe recordabatur, ac si de coelo sonuisset.

refellere-refute
idoneus- fit
indocilis-unteachable
novitas-newness
quaestiuncula-
question
imperitus-
inexperienced
exagitare-disturb
seductus-deceived

scriptitare-write out: convincere-prove: quam-how: ubertim-abundantly: substomachare-be a bit annoyed: sonare-sound: perire-perish

[A.remansit inter Manichaeos annos novem. Etiam docuit artem rhetoricam. Saepe seipsum accusat de hac arte, quia etiam docebat modos fallendi. Revera, non omnino mala erat haec ars.--A. hoc non negaret, sed non loquitur de bono usu huius artis.]

Per idem tempus annorum novem, ab undevicesimo anno aetatis meae usque ad duodetricesimum, seducebamur et seducebamus; falsi atque fallentes in variis cupiditatibus et palam per doctrinas, quas liberales vocant, occulte autem falso nomine religionis--hic superbi, ibi superstitiosi, ubique vani. Docebam illis in annis artem rhetoricam, et victoriosam loquacitatem, victus cupiditate vendebam. Malebam tamen-Domine, tu scis--bonos habere discipulos, sicut appellantur boni. Et eos sino dolo docebam dolos-- non quibus contra caput innocentis agerent, sed aliquando pro capite nocentis. Et tu, Deus vidisti de longinquo lapsantem in lubrico et in multo fumo scintillantem fidem meam, quam exhibebam in illo magisterio. [A.dolet de morte amici carissimi. Ad vitandam memoriam amici, discessit ab oppido suo Thagastensi, et venit Carthaginem. Ibi etiam docebat artem rhetoricam.]

In illis annis, quo primum tempore in municipio, quo natus sum, docere coeperam, comparaveram amicum, societate studiorum nimis carum, coaevum mihi, et conflorentem flore adolescentiae. Mecum puer creverat, et pariter in schola ieramus, pariterque luseramus. Sed nondum sic erat amicus --quamquam ne tunc quidem, sicuti est vera amicitia, quia non est vera, nisi cum tu agglutinas inter haerentes tibi, "caritate diffusa in cordibus nostris, per Spiritum Sanctum,qui datus est nobis." Nam et a fide vera, quam non germanitus et penitus adolescens tenebat, deflexeram eum in superstitiosas fabellas et perniciosas,propter quas plangebat me mater. Mecum iam errabat in animo, homo ille, et non poterat anima mea sine illo. Et ecce tu, imminens dorso fugitivorum tuorum, Deus ultionum et fons misericordiarum simul, qui convertis nos ad te, miris modis,-ecce,abstulisti hominem de hac vita, cum vix explevisset annum in amicitia mea, suavi mihi supra omnes suavitates illius vitae meae.

ultio-vengeance: suavis-sweet: suavitas-sweetness:

Quis laudes tuas enumerat, unus in se uno, quas expertus est? Quid tunc fecisti, Deus meus, et quam investigabilis abyssus iudiciorum tuorum? Cum enim laboraret ille febribus,iacuit diu sine sensu in sudore lethali. Et cum desperaretur, baptizatus est nesciens, me non curante, et praesumente id retinere potius animam eius quod a me acceperat--non quod in nescientis corpore fiebat. Longe autem

seducere-deceive
cupiditas-desire
palam-openly
ubique-everywhere
loquacitas-wordiness
dolus-guile,deception
de longinquo-from
afar
lapsare-fall
lubricum-slippery
place
scintillare-gleam
exhibére-show
magisterium-
teaching
vitare-avoid
municipium-town
comparare-acquire
carus- dear
coaevus-of same age
conflorentem..-flowering together in
the flower of youth
pariter-together
ludere-play
agglutinare-glue
haerére-adhere to
caritate: Rom.5,5.
germanitus...-truly
and deeply
deflectere-turn aside
fabellas perniciosas-
dangerous fables
imminens dorso-
close to the back
enumerare-count
experiri-
experience
investigabilis-
unsearchable
febris- fever

aliter erat. Nam recreatus est, et salvus factus. Statimque ut primum cum eo loqui potui--potui autem mox ut ille potuit, quoniam non discedebam, et nimis pendebamus ex invicem--tentavi apud illum irridere, tamquam et illo irrisuro mecum, baptismum quem acceperat mente atque sensu absentissimus, sed tamen iam se accepisse didicerat. At. ille ita me exhorruit ut inimicum, admonuitque mirabili et repentina libertate ut, si amicus esse vellem talia sibi dicere desinerem.

Ego autem, stupefactus atque turbatus, distuli omnes motus meos, ut convalesceret prius, essetque idoneus viribus valetudinis cum quo agere possem quod vellem.

Sed ille abreptus dementiae meae, ut apud te servaretur consolationi meae, post paucos dies, me absente, repetitur febribus et defungitur.

Quo dolore contenebratum est cor meum! Et quidquid aspiciebam, mors erat, et erat mihi patria supplicium, et paterna domus mira infelicitas, et quidquid cum illo communicaveram, sine illo in cruciatum immanem vertebatur. Expetebant eum undique oculi mei, et non dabatur mihi; et oderam omnia, quia non haberent eum, nec mihi iam dicere poterant: "Ecce, venit," sicut cum viveret, quando absens erat.

Ubi autem inde auferebatur anima mea, onerabat me grandis sarcina miseriae. Ad te, Domine, levanda erat, et curanda. Sciebam, sed nec volebam, nec valebam, eo magis quia non mihi eras aliquid solidum et firmum, cum de te cogitabam. Non enim tu eras, sed vanum phantasma. Et error meus erat Deus meus. Si conabar eam ibi ponere, ut requiesceret, per inane labebatur, et iterum ruebat super me, et ego mihi remanseram infelix locus, ubi nec esse possem, nec inde recedere. Quo enim cor meum fugeret a corde meo? Quo a me ipso fugerem, quo me non sequerer? Et tamen fugi de patria. Minus enim eum quaerebant oculi mei, ubi videre non solebant. Atque a Thagastensi oppido veni Carthaginem.

sudor lethalis- deathly sweat
praesumere-presume
aliter-otherwise
ut primum- as soon as
pendére-depend on
tentare-try
irridére-laugh at
tamquam...-as if he would laugh with me at the baptism
exhorrére-shrink
repentinus -sudden
stupefactus-stunned
abreptus...-snatched from my madness
repetitur...-was attacked again by fevers and died
contenebrare- darken
infelicitas- unhappiness
cruciatum immanem- immense torment
onerare-weigh down
sarcina-burden
levare-lift
non mihi eras...-you were not to me anything solid (A. had only a false notion of God: Hence he says that his god was not a real one): phantasma-appearance: labi- slip: quo - whither:

Vocabularium

attendere,tendit,tentus-pay attention to, notice
conficiunt,3,fecit,fectus-complete,finish, diminish, wear out
experiri,expertus est-experience, test, try
haerére,haesit,haesus-stick to, adhere to
moerére(maerére)-mourn, grieve
perire,iit,iturus-perish, be lost
properare,1- hasten
sonare,sonuit,sonitus-sound
surgere,surrexit,surrectus-rise
confectus,a,um-worn out
cupiditas,tate,longa-desire
lacrima,a-tear
suavis,e,i-sweet, persuasive
taedium,o-weariness,boredom

Pattern Practice

Notice the special pattern in the second paragraph of today's story: "Quod illa ubi attendit..." It is a pattern used often by Augustine and other good writers. We saw some examples of it last year, and it is somewhat similar to the patterns we studied in lesson 42, the anticipated subjects. Here too a word is anticipated, but it is also turned into a relative. And the anticipated word is not always the subject. Thus the sentence here could have been: Ubi illa id (instead of quod) attendit. Note too that he has anticipated also the subject, illa. So let us practice a bit. Read these sentences, then repeat them, changing

the relatives to ordinary pronouns, and putting them inside the clause to which they really belong. Let us also translate each sentence, working from the original anticipated form. ---Quod ubi Augustinus audivit, maxime motus est. Quae dum cogitat, amici advenerunt. Quos cum vidisset, laetus factus est. Quam cum audivisset episcopus, miratus est. Quem cum illa rogasset, noluit. Quem ubi in eadem regula stantem vidit, Monica,gratias Deo egit. Quam interpretationem ubi ille dedit, mater statim reiecit. Cuius falsitate cum illa non esset victa, Augustinus miratus est. Cuius lacrimas cum Dominus vidisset, visionem misit. Cuius responsum cum illa audivisset, adhuc noluit discedere. Quod sacramentum cum amicus moriens accepisset, Augustinus doluit. De quo postquam amicus audivit, pie consensit.

English to Latin

(Review volitive substantive clauses)

1. The youth who came to her urged her not to fear. 2. He ordered her to look at the wooden rule. 3. When she had seen it he asked her to notice that her son was also there. 4. She begged the bishop to refute his errors and to teach him good things. 5. He advised his friend to laugh at the baptism which he had received while he was unconscious.
6. The friend ordered Augustine to cease saying such things.

Quaestiones discutiendae

1. Augustinus dicit, loquens ad Deum:"Me dimittebas adhuc volvi et involi caligine" .Vult ergo dicere quod Deus etiam accusandus est quia ipse (A.) in peccatis remansit? Quare?
2. Quae erat causa in Augustino ipso propter quam episcopus putavit se non posse refellere errores eius eo tempore?
3. A. videtur fere putare malum esse docere artem rhetoricam? Revera hoc putavit? Quid dicendum est de hac sententia eius?
4. A. dicit:"Et error meus erat Deus meus." Quid significat?

Lectio Octava

[Per annos novem A. Manichaeus fuerat. Sed multa dubia contra Manichaeismum venerant in mentem eius, ex lectione philosophorum, et ex scientiis naturalibus. Alii Manichaei quos noverat non poterant talia dubia solvere, sed semper promittebant: "Faustus veniet et explicabit omnia." Hic autem etiam non potuit hoc facere.]

Proloquar in conspectu Dei mei annum illum undetricesimum aetatis meae. Iam venerat Carthaginem quidam Manichaeorum episcopus, Faustus nomine, magnus laqueus diaboli; et multi implicabantur in eo per illecebram suaviloquentiae, quam ego iam, tametsi laudabam, discernebam tamen a veritate rerum, quarum discendarum avidus eram. Nec quali vasculo sermonis, sed quid mihi scientiae comedendum apponeret nominatus apud eos ille Faustus intuebar. Fama enim de illo praelocuta mihi erat quod esset honestarum omnium doctrinarum peritissimus, et apprime disciplinis liberalibus eruditus.

Et quoniam multa philosophorum legeram, memoriaeque mandata retinebam, ex eis quaedam comparabam illis Manichaeorum longis fabulis; et mihi probabiliora ista videbantur, quae dixerunt illi, qui tantum potuerunt valere "ut possent aestimare saeculum"quamquam"eius Dominum minime invenerint. Quoniam magnus es , Domine, et humilia respicis, excelsa autem a longe cognoscis." Nec propinquas nisi obtritis corde, nec inveniris a

Manichaeus- Manichean
lectio- reading
proloquar-speak before
conspectus-sight
undetricesimum-29th
laqueus- net, snare
implicare-entangle
illecebra-enticement
suaviloquentia- smooth speech
discernere-distinguish
avidus-eager
Nec quali...-For I did not consider in what sort of vessel... but what knowledge that... put before me to eat.
honestus-honorable
peritus-experienced, skilled

superbis, nec si illi curiosa peritia numerent stellas et arenam, et dimetiantur sidereas plagas, et investigent vias astrorum.

Mente enim sua quaerunt ista et ingenio, quod tu dedisti eis; et multa invenerunt, et praenuntiaverunt ante multos annos defectus luminarium solis et lunae--quo die, qua hora, quanta ex parte futuri essent. Et non eos fefellit numerus; et ita factum est ut praenuntiaverunt. Et scripserunt regulas indagatas, et leguntur hodie, atque ex eis praenuntiatur quo anno et quo mense anni et quo die mensis et qua hora diei et quota parte luminis sui defectura sit luna vel sol: et ita fiet ut praenuntiatur. Et mirantur haec homines et stupent qui nesciunt ea, et exsultant atque extolluntur qui sciunt; et per impiam superbiam recedentes et deficientes a lumine tuo, tanto ante solis defectum futurum praevident, et in praesentia suum [defectum] non vident.

apprime- excellently
erudire-educate
ut possent...:Wisdom 13,9;Ps.137,6.
respicis...-you look favorably on lowly things, but regard the lofty from a distance
propinquare-approach
obtritis corde-the contrite of heart

curiosa peritia-with careful skill: stella- star: arena-sand: dimetiantur...-measure the starry regions, and trace the paths of the stars: praenuntiare-foretell: ante multos annos-many years before: defectus luminarium-eclipses of the luminaries: quanta ex parte- in what part(total or partial): regulas indagatas- the rules they have discovered: quota parte-in what part: defectura sit- will be eclipsed: stupére- be amazed: exsultare-rejoice: deficere-fail, fall away: defectus- eclipse:

Multa tamen ab eis ex ipsa creatura vera dicta retinebam, et occurrebat mihi ratio per numeros et ordinem temporum et visibiles attestationes siderum; et conferebam cum dictis Manichaei, qui de his rebus multa scripsit copiosissime delirans. Et non mihi occurrebat ratio nec solstitiorum et aequinoctiorum nec defectuum luminarium, nec quidquid tale in libris saecularis sapientiae didiceram. Ibi autem credere iubebar, et ad illas rationes numeris et oculis meis exploratas non occurrebat, [id quod Manichaeus dixerat] et longe diversum erat.

Itaque cum de coelo ac stellis et de solis ac lunae motibus falsa dixisse[Manichaeus] deprehenderetur, quamvis ad doctrinam religionis ista non pertineant, tamen ausus eius sacrilegos fuisse satis emineret, cum ea non solum ignorata, sed etiam falsa tam vesana superbiae vanitate diceret, ut ea tamquam divinae personae tribuere sibi niteretur.

Et per annos ferme ipsos novem, quibus eos animo vagabundus audivi, nimis extento desiderio venturum expectabam illum Faustum. Ceteri enim eorum, in quos forte incurrissem, qui talium rerum quaestionibus a me obiectis deficiebant, illum mihi promittebant, cuius adventu collatoque colloquio facillime mihi haec -- et si qua forte maiora quaererem -- enodatissime expedirentur. Ergo ubi venit, expertus sum hominem gratum et iucundum verbis, et ea ipsa quae illi solent dicere multo suavius garrientem. Sed quid ad meam sitim pretiosorum poculorum decentissimus ministrator? Iam rebus talibus satiatae erant aures meae, nec ideo mihi meliora videbantur quia melius dicebantur, nec ideo vera quia diserta, nec ideo sapiens anima, quia vultus congruus et decorum eloquium. Illi autem, qui eum mihi promittebant non boni rerum existimatores erant; et ideo illis videbatur prudens et sapiens, quia delectabat eos loquens.

ratio- plan, explanation
attestatio-testimony
copiosissime delirans-abundantly raving
solstitiorum et aequin...of solstices and equinoxes
et ad illas rationes...-it did not agree with those explanations determined by calculations and by my own eyes.
deprehendere-catch, detect
ausus, u-attempt
eminére-stand out
vesanus -insane
niti- attempt
vagabundus-wandering
desiderium-desire
collatoque colloquio-and by exchanging conversations
si qua- whatever
enodatissime-most clearly

expedire-untangle: iucundus-pleasant: garrire-speak fluently: Sed quid...-But what good

for my thirst was a most proper bearer of precious cups?: disertus- eloquent: vultus-congruus...-attractive face & becoming utterance: existimator-judge:

Igitur aviditas mea, qua illum tanto tempore expectaveram hominem, delectabatur quidem motu affectuque disputantis, et verbis congruentibus atque ad vestiendas sententias facile occurrentibus. Delectabar autem cum multis--vel etiam prae multis laudabam ac efferebam. Sed moleste habebam, quod in coetu audientium non sinerer illi ingerere, et partiri cum eo curas quaestionum mearum, conferendo familiariter, et accipiendo ac reddendo sermonem.

Quod ubi potui, et aures eius cum familiaribus meis eo quoque tempore occupare coepi, quo non dedeceret alternis disserere, et protuli quaedam quae me movebant, expertus sum prius hominem expertem liberalium disciplinarum--nisi grammaticae, atque eius ipsius usitato modo. Et quia legerat aliquas Tullianas orationes, et paucissimos Senecae libros, et nonnulla poetarum et suae sectae si qua volumina Latine atque composite conscripta erant, et quia aderat quotidiana sermocinandi exercitatio, inde suppetabat eloquium, quod fiebat acceptius magisque seductorium moderamine ingenii, et quodam lepore naturali. Itane est ut recolo, Domine Deus meus, arbiter conscientiae meae? Coram te cor meum et recordatio mea, qui mecum tunc agebas abdito secreto providentiae tuae, et inhonestos errores meos iam convertebas ante faciem meam, ut viderem et odissem.

aviditas-eagerness
verbis congruentibus...-since his words were fitting, and came readily to clothe his thoughts
prae multis- more than many
efferre- extol
moleste habére-take it hard
coetus-crowd
ingerere-go in to
partiri-share with
quo non..-at which it was not improper to discuss alternately
expers-devoid of
usitatus-usual
Tullianus-Ciceronian
composite-in good order

sermocinari-speak: inde...-thence eloquence was supplied: seductorium...-more deceptive because of the guidance of intelligence and with a certain natural charm: arbiter-judge: recordatio-recollection: abdito secreto- in the hidden secret:

Nam posteaquam ille mihi imperitus earum artium quibus eum excellere putaveram, satis apparuit, desperare coepi posse eum mihi illa, quae me movebant, aperire atque dissolvere, quorum quidem ignarus, posset veritatem tenere pietatis-- sed si Manichaeus non esset. Libri quippe eorum pleni sunt longissimis fabulis de coelo et de sideribus, et sole et luna, quae mihi eum subtiliter explicare posse iam non arbitrabar. Quae tamen ubi consideranda et discutienda protuli, modeste sane ille, nec ausus est subire ipsam sarcinam. Noverat enim se ista non nosse; nec eum puduit confiteri. Non erat de talibus, quales multos loquaces passus eram, conantes ea me docere, et dicentes nihil. Iste vero cor habebat, etsi non rectum ad te, nec tamen nimis incautum ad se ipsum. Non usquequaque imperitus erat imperitiae suae; et noluit se, temere disputando, in ea coarctari unde nec exitus ei ullus, nec facilis esset reditus. Etiam hinc mihi amplius placuit. Pulchrior est enim temperantia confitentis animi, quam illa quae nosse cupiebam; et eum in omnibus difficilioribus et subtilioribus quaestionibus talem inveniebam.

Refracto itaque studio, quo intenderam in Manichaei litteras, magisque desperans de ceteris eorum doctoribus, quando in multis quae me movebant ita ille nominatus apparuit, coepi cum eo pro studio eius agere vitam, quo ipse flagrabat, in eas litteras, quae tunc iam rhetor Carthaginis adolescentes docebam. Ceterum conatus omnis meus, quo proficere in illa secta statueram, illo

imperitus-inexperienced
ignarus- ignorant
subtiliter-subtly
subire-take on the burden
pudet- it makes ashamed
loquax-wordy
incautus-uncautious
usquequaque-in all respects
imperitia- lack of experience
temere-rashly
coarctare- put in tight spot
reditus-return
refrangere-turn back
pro studio eius-because of his interest
flagrare-burn
conatus-attempt

homine cognito prorsus intercidit--non ut ab eis omnino separarer, sed quasi melius quidquam non inveniens, eo quo iam quoquo modo irrueram, contentus interim esse decreveram, nisi aliquid forte, quod magis eligendum esset, eluceret.

Ita ille Faustus, qui multis laqueus mortis extitit, meum quo captus eram, relaxare iam coeperat, nec volens, nec sciens. Manus enim tuae, Deus meus, in abdito providentiae tuae non deserebant animam meam. Et de sanguine cordis matris meae, per lacrimas eius diebus ac noctibus pro me sacrificabatur tibi. Et egisti mecum miris et occultis modis. Tu illud egisti, Deus meus; nam a Domino gressus hominis diriguntur. Aut quae procuratio salutis praeter manum tuam reficientem quae fecisti?

prorsus intercidit-collapsed completely
eo quo...-I decided meanwhile to be content with that into which I had somehow rushed...
elucére-shine forth
existere- be
relaxare- loosen
gressus-steps

dirigere-direct: procuratio- provision

Vocabularium

deficiunt,3,fecit,fectus-fail,desert,grow disheartened, go into eclipse(sun or moon)
eminére,uit-stand out
existere(exsistere),stitit,stitus-stand out, be, exist
proloqui,locutus est-speak before
propinquare,l-approach

avidus,a,um-eager
expers,perti-devoid of, not sharing in
honestus,a,um-honorable
imperitus,a,um-inexperienced, unwary
laqueus,o-snare, net
peritia,a-skill, knowledge
peritus,a,um-skilled, knowing
ratio,one,bona-plan,explanation, reason

English to Latin
(Review cum clauses)

1. After he had waited for nine years, Augustine saw that Faustus did not know the answer to his questions. 2. When he spoke to Faustus, he did not say that he knew these things. 3. Although he was a clever speaker, Faustus did not deceive Augustine. 4. Because he spoke so well, many thought he knew the truth. 5. Although the heart of Faustus was not right towards God, it was not without caution for himself. 6.Although Faustus had been a snare for many, he began to relax the snare in which Augustine had been caught.

Quaestiones discutiendae

1. Quomodo explicavit Manichaeus ipse defectus lunae? Quam explicationem dat scientia hodierna?
2. A. dicit quod Faustus erat "non usquequaque imperitus imperitiae suae." Si quis semper sciret se nescire cum nesciret, quid boni haberet?
3. Quomodo accidit, secundum Augustinum ut homo possit vias stellarum et defectus luminarium praedicere et adhuc non inveniat Deum verum?
4. Putat Augustinus Faustum voluisse alios decipere, an eum decepisse alios et nescivisse se errare? Quam relationem habet responsum cum verbis Augustini quae consideravimus supra in quaestione secunda?

Lectio Nona

[A. vult ire Romam. Disciputi enim in scholis Carthaginis pueri mali erant. Mater Augustini voluit sequi eum, sed eam decepit, et profectus est sine ea. Postea illa secuta est eum.]

Egisti ergo mecum, ut mihi persuaderetur Romam pergere, et potius ibi docere quod docebam Carthagine. Et hoc unde mihi persuasum sit non praeteribo confiteri tibi, quoniam et in his altissimi tui recessus, et praesentissima in nos misericordia tua cogitanda et praedicanda est. Non ideo Romam pergere volui quod maiores quaestus maiorque mihi dignitas ab amicis(qui hoc persuadebant) promittebatur--quamquam et ista ducebant animum tunc meum. Sed illa erat tunc causa maxima et paene sola, quod audiebam quietius ibi studere adolescentes, et ordinatiore disciplinae coercitione sedari, ne in eius scholam, quo magistro non utuntur, passim et proterve irruant, nec eos admitti omnino, nisi ille permiserit.

Contra, apud Carthaginem foeda est et intemperans licentia scholasticorum. Irrumpunt impudenter, et prope furiosa fronte perturbant ordinem quem quisque discipulis ad proficiendum instituerit; multa iniuriosa faciunt, mira hebetudine, et punienda legibus, nisi consuetudo patrona sit-- hoc miseriores eos ostendens, quo iam quasi liceat faciunt quod per tuam aeternam legem numquam licebit. Et impune se facere arbitrantur, cum ipsa caecitate faciendi puniantur, et incomparabiliter patiantur peiora quam faciunt.

Ergo quos mores, cum studerem, meos esse nolui , eos, cum docerem, cogebar perpeti alienos. Et ideo placebat ire ubi talia non fieri, omnes qui noverant indicabant. Verum autem tu, "spes mea, et portio mea in terra viventium," ad mutandum terrarum locum pro salute animae meae et Carthagini stimulos, quibus inde avellerer, admovebas, et Romae illecebras, quibus attraherer, proponebas mihi per homines qui diligebant vitam mortuam--hinc insana facientes, inde vana pollicentes, et ad corrigendos gressus meos, utebaris occulte et illorum et mea perversitate. Nam et qui perturbabant otium meum, foeda rabie caeci erant; et qui invitabant ad aliud, terram sapiebant. Ego autem qui detestabar hic veram miseriam, illic falsam felicitatem appetebam.

Egisti ergo...-You acted in such a way on me that I was persuaded...
praeterire-pass by
recessus-depths
praedicare-proclaim

quaestus-gain
ordinatiore...that they were controlled by more orderly coercion of discipline
passim et proterve-at random & wantonly
foedus-foul
irrumpere-break in
ad proficiendum-for making progress
hebetudo-dullness
hoc...-showing them the more wretched inasmuch as they do
impune-without punishment
caecitas-blindness
quos mores...-those customs which I... did not want to be mine,I was forced to endure from others(alienos)
spes...: Ps.141,6.
portio-portion, lot
stimulus-goad,drive

avellere-pull away: admovére-apply: illecebra-enticement: attrahere-attract: hinc... inde-on one hand...on other hand: corrigere-correct: gressus-step: rabies-madness: terram sapiebant-savored of earth (had earthly attitude): detestari- hate:

Sed quare hinc abirem et illuc irem, tu sciebas, Deus. Nec indicabas mihi nec matri, quae me profectum atrociter planxit, et usque ad mare secuta est. Sed fefelli eam violenter me tenentem ut aut revocaret aut mecum pergeret; et finxi me amicum nolle deserere, donec vento facto, navigaret. Et mentitus sum matri--et illi matri--et evasi. Quia et hoc tu dimisisti mihi misericorditer, servans me ab aquis maris plenum execrandis sordibus usque ad aquam gratiae tuae qua, me abluto, siccarentur flumina maternorum oculorum, quibus pro me quotidie tibi

atrociter-dreadfully
dimittere-forgive
plenum...-full of detestable filth
aquam gratiae:-Baptism
me abluto- when I was washed in it

rigabat terram sub vultu suo. Et tamen recusanti sine me redire vix persuasi ut in loco, qui proximus nostrae navi erat,memoria beati Cypriani, maneret ea nocte. Sed ea nocte clanculo ego profectus sum; illa autem remansit orando et flendo. Et quid a te petebat, Deus meus, tantis lacrimis, nisi ut navigare me non sineres? Sed tu alte consulens, et exaudiens cardinem desiderii, non curasti quod tunc petebat, ut in me faceres quod semper petebat.

Flavit ventus, et implevit vela nostra et littus subtraxit aspectibus nostris, in quo mane illa insaniebat dolore, et querelis ac gemitu implebat aures tuas, contemnentes ista, cum et me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipsas cupiditates, et illius carnale desiderium iusto dolorum flagello vapularet. Amabat enim secum praesentiam meam, more matrum, sed multis multo amplius. Et nesciebat quid tu illi gaudiorum facturus esses de absentia mea. Nesciebat, ideo flebat, et eiulabat, atque illis cruciatibus arguebatur in ea reliquiarium Evae, cum gemitu quaerens quod cum gemitu pepererat. Et tamen post accusationem fallaciarum et crudelitatis meae, conversa rursus ad deprecandum te pro me, abiit ad solita, et ego Romam.

siccare-dry
rigare-moisten
memoria: a chapel in honor of St. Cyprian
clanculo-secretly
cardinem desiderii- the center of her desire
velum-sail
littus...-took away the shore from our gaze
insanire- be beside oneself
querela-complaint
gemitus-groan
flagellum-scourge
eiulare-wail

cruciatibus...-by these torments there was proved in her the inheritance of Eve: pepererat-had brought forth: fallacia-deceit: solita- her usual practices:

[A. in urbe Roma aeger factus est, et fere mortuus est in peccatis suis, sed per orationes matris salvus factus est.]

Et ecce! excipior ibi flagello aegritudinis corporalis, et ibam iam ad inferos, portans omnia mala quae commiseram et in te et in me et in alios--multa et gravia, super originalis peccati vinculum quo "omnes in Adam morimur". Non enim quicquam mihi "donaveras in Christo" nec "solverat ille in carne sua inimicitias" quas tecum contraxeram peccatis meis. Quomodo enim eas solveret in cruce phantasmatis, quod de illo credideram? Quam ergo falsa mihi videbatur mors carnis eius, tam vera erat animae meae. Et quam vera erat mors carnis eius, tam falsa vita animae meae,quae id non credebat. Et ingravescentibus febribus iam ibam et peribam. Quo enim irem, si tunc hinc abirem, nisi "in ignem atque tormenta digna factis meis", in veritate ordinis tui? Et illa hoc nesciebat, et tamen pro me orabat absens. Tu autem ubique praesens, ubi erat exaudiebas eam, et ubi eram miserebaris mei, ut recuperarem salutem corporis mei, adhuc insanus corde sacrilego. Neque enim desiderabam in illo tanto periculo baptismum tuum, et melior eram puer, quando illum de materna pietate flagitavi, sicut iam recordatus atque confessus sum. Sed in dedecus meum creveram, et consiliis medicinae tuae demens irridebam, qui me non sivisti talem bis mori: quo vulnere si feriretur cor matris, numquam sanaretur. Non enim satis eloquor quid erga me habebat animi, et quanto maiore sollicitudine me parturiebat spiritu, quam carne pepererat.

Non itaque video quomodo sanaretur, si mea talis illa mors transverberasset viscera dilectionis eius. Et ubi essent tantae preces, et tam crebrae sine intermissione nusquam nisi ad te? An vero tu, "Deus misericordiarum", sperneres "cor contritum et humiliatum" viduae castae ac sobriae, frequentantis eleemosynas, obsequentis atque servientis sanctis tuis, nullum diem praetermittentis oblationem ad altare tuum, bis in die, mane et vespere,

ibam iam-was on the way to
in te- against you
super...vinculum- in addition to the bond
omnes in Adam: 1, Cor. 15, 22
donare- forgive: citing Eph.4.32
solveret :Eph.2.14
contrahere-contract
phantasma-illusion, empty appearance
Quam falsa...- As false as the death of His flesh seemed to me,so real was the (death) of my soul
ingravescentibus...- as the fever grew worse, I was already going and perishing
quo-whither
in ignem: Matt.25, 41
ubique-everywhere
recuperare-recover
in dedecus...-I had grown more disgraceful

ad ecclesiam tuam sine ulla intermissione venientis, non ad vanas fabulas et aniles loquacitates, sed ut te audiret in tuis sermonibus, et tu illam in suis orationibus?

Huiusne tu lacrimas, quibus non a te aurum et argentum petebat, nec aliquod mutabile aut volubile bonum, sed salutem animae filii sui--tu, cuius munere talis erat, contemneres et repelleres ab auxilio tuo? Nequaquam, Domine. Immo vero aderas, et exaudiebas, et faciebas. Absit ut tu falleres eam in illis visionibus et responsis tuis, quae iam commemoravi, et quae non commemoravi, quae illa fideli pectore tenebat, et, semper orans, tamquam chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris enim, "quoniam in saeculum misericordia" tua, eis quibus debita dimittis, etiam promissionibus tuis debitor fieri.

demens irridebam-madly laughed at
bis-twice
si feriretur-if it had been struck
eloquor-express
parturire-be in labor over
pario-bring forth
transverberare-pierce
viscera-heart
nusquam-nowhere

Deus:2 Cor.1,3:Ps 50,19:contritus-crushed: frequentare-practice often: obsequi-serve: praetermittere-pass by: aniles loquacitates-old womanish chatter: mutabile...-changeable or transitory: absit ut-far be(the thought) that: chirographa...-presented to you as written promises:

[Quamquam A. non iam credidit Manichaeismum esse verum, habitabat Romae cum Manichaeis, non solum cum inferioribus, qui vocabantur "auditores", sed cum "Electis". Et adhuc aliquas doctrinas eorum tenebat: putabat hominem habere duas animas. Ergo, cum peccasset homo, poterat dicere: anima tenebrarum in me peccavit.]

Recreasti ergo me ab illa aegritudine, et "salvum fecisti filium ancillae tuae", tunc interim corpore, ut esset cui salutem meliorem atque certiorem dares. Et iungebar etiam tunc Romae falsis illis atque fallentibus sanctis. Non enim tantum auditoribus eorum, quorum e numero erat etiam is in cuius domo aegrotaveram et cònvalueram, sed eis etiam quos Electos vocant. Adhuc enim mihi videbatur non esse nos qui peccamus, sed nescioquam aliam in nobis peccare naturam. Et delectabat superbiam meam extra culpam esse et, cum aliquid mali fecissem, non confiteri me fecisse ut "sanares animam meam, quoniam peccabam tibi", sed excusare eam amabam, et accusare nescio-quid aliud, quod mecum est, et ego non essem. Verum autem totum ego eram, et adversus me impietas mea me diviserat, et id erat peccatum insanabilius, quo me peccatorem non esse arbitrabar, et execrabilis iniquitas.

Nondum ergo "posueras custodiam ori meo, et ostium continentiae circum labia mea: ut non declinaret cor meum in verba maligna, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem" et ideo adhuc "combinabar cum electis eorum", sed tamen iam desperans in ea falsa doctrina me posse proficere. Eaque ipsa, quibus si nihil melius reperirem, contentus esse decreveram, iam remissius negligentiusque retinebam. [Romae A. audivit de "Academicis," qui dicebant se dubitare de omnibus rebus, et veritatem ab homine inveniri non posse. A. putabat eos revera habere doctrinam secretam, quam abscondebant, dicendo se dubitare de omnibus.]

Etenim suborta est etiam mihi cogitatio: prudentiores fuisse illos philosophos quos "Academicos" appellant, quod de omnibus dubitandum esse censuerant, nec aliquid veri ab homine

dignari-be willing, see fit
quoniam:Ps.117,1
recreare-restore
salvum: Ps. 85,16
interim-meanwhile
ut esset cui-so that there would be (remaining)one to whom you would give
convalescere-grow well again
sanares: Ps.40,5
insanabilius...-the more incurable in as much as I did not think myself a sinner, and my iniquity was detestable
posueras..."Had not yet put a guard about my mouth and a door of restraint about my lips so that my heart should not decline into evil words, so as to make excuses in in sins:Ps.140,3-5.
combinari-associate with: Ps.140,4
proficere- advance
remissius-more sluggishly
suboriri-arise
censére-judge

deprehendi posse decreverant. Ita enim et mihi liquido sensisse videbantur, ut vulgo habentur, etiam illorum intentionem nondum intelligenti.

deprehendere-reach
liquido-clearly
ut vulgo- as they are generally considered (to hold)

Vocabularium

corrigere,rexit,rectus-correct
demittere,misit,missus-let go, forgive
deprehendere,hendit,hensus-catch, understand
praedicare,1-proclaim,praise
proficiunt,3,fecit,fectus-make progress, advance
spernere,sprevit,spretus-scorn,reject

interim-meanwhile
ubique-everywhere

foedus,a,um-foul
illecebra,a-enticement, snare

English to Latin
(Review clauses with verbs of hindering)

1. His friends did not hinder him from leaving Carthage. 2. But his mother tried to stop him unless she could go with him. 3. God did not allow her desires to keep him from sailing. 4. But her prayers kept him from dying in his sins. 5. If he had died, nothing would have prevented her from wailing in a loud voice. 6. The false teachings of the Manichees prevented him from finding the truth at once.

Quaestiones discutiendae

1. In hodierna lectione (et in aliis lectionibus etiam) Augustinus saepe utitur verbis Sacrae Scripturae. In notis habentur indicationes locorum Scripturae ex quibus A. haec elegit. Bonum esset legere nonnullos locos in originali contextu, et videre num revera A. adhibeat eos in sensu litterali, an in alio sensu.
2. A. dicit quod Deus ipse movebat eum ut Romam pergeret; sed etiam dicit quod Romam perrexit quod amici ei persuaserunt. Quomodo explicatur contradictio?
3. De discipulis malis A. dicit :"incomparabiliter patiantur peiora quam faciunt." Quid significat?
4. A. dicit etiam quod mater eius, quia volebat eum retinere,"iusto dolorum flagello vapularet-." Nonne bonum erat quod pro eo orabat? Quomodo explicatur hic locus?
5. A. loquitur de "cruce phantasmatis". Quomodo haec verba explicantur?
6. Explicatur sententia ultima huius lectionis, praesertim verba:"illorum intentionem nondum intelligenti".

Lectio Decima

[A. conatus est loqui hospiti suo de falsitate variarum doctrinarum Manichaeorum. Sed adhuc A. ipse noluit credere Ecclesiae Catholicae, eo quod Ecclesia diceret, sicut putabat, Deum habere figuram humanae carnis. Ipse A. autem adhuc nonnullos errores tenebat. Non enim poterat cogitare de Deo qui non esset corporalis--nihil enim existere putabat nisi id quod corporale esset. Insuper, A. putavit malum ipsum esse substantiam positivam.

hospes-host
privatio-privation (absence of what should be there)
dissimulavi...I openly tried to dissuade

Revera, malum est negativum, id est, absentia vel privatio rei quae debuit adesse. Sed tunc sequebatur difficultas magna: Si malum est substantia positiva, quis malum creavit? Ergo duos mundos putavit esse, mundum malum, et mundum bonum. Deus creavit solummodo mundum bonum.]

Nec dissimulavi eundem hospitem meum reprimere a nimia fiducia, quam sensi eum habere de rebus fabulosis, quibus Manichaei libri pleni sunt. Amicitia tamen eorum familiarius utebar quam ceterorum hominum, qui in illa haeresi non fuissent. Nec eam defendebam pristina animositate; sed tamen familiaritas eorum (plures enim eos Roma occultabat) pigrius me faciebat aliud quaerere, praesertim desperantem in Ecclesia tua,Domine coeli et terrae, creator omnium visibilium et invisibilium, posse inveniri verum, unde me illi averterant. Multumque mihi turpe videbatur credere figuram te habere humanae carnis, et membrorum nostrorum lineamentis corporalibus terminari. Et, quoniam cum de Deo meo cogitare vellem, cogitare nisi moles corporum non noveram (neque enim videbatur mihi esse quicquam, quod tale non esset) --ea maxima et prope sola causa erat inevitabilis erroris mei.

Hinc enim et mali substantiam quandam credebam esse talem, et habere suam molem, tetram et deformem, sive crassam, quam terram dicebant, sive tenuem atque subtilem, sicuti est aeris corpus, quam malignam mentem per terram repentem imaginantur. Et quia Deum bonum nullam malam naturam creasse qualiscumque pietas me credere cogebat, constituebam ex adverso sibi duas moles, utramque infinitam, sed malam angustius, bonam grandius. Et ex hoc initio pestilentioso, me cetera sacrilegia sequebantur. Cum enim conaretur animus meus recurrere in catholicam fidem, repercutiebar, quia non erat Catholica fides, quam esse arbitrabar.

[A. etiam credidit Christum venisse de luce Dei, sed non poterat credere Christum fuisse in vera carne--quia carnem omnem malam esse putabat.]

Ipsum quoque Salvatorem nostrum, Unigenitum tuum, tamquam de massa lucidissima molis tuae porrectum ad nostram salutem ita putabam, ut aliud de illo non crederem, nisi quod possem vanitate imaginari. Talem itaque naturam nasci non posse de Maria virgine arbitrabar, nisi carne concerneretur--concerni autem, et non inquinari non videbam, quod mihi tale figurabam. Metuebam itaque credere in carne natum, ne credere cogerer ex carne inquinatum.-- Nunc spiritales tui blande et amanter ridebunt me, si has confessiones meas legerint. Sed tamen talis eram.

[Per aliquod tempus. A. docebat rhetoricam Romae. Invenit discipulos saepe non solvere pecuniam debitam magistro. Itaque discessit Roma, et venit Mediolanum ad docendam artem rhetoricam ibi. Mediolani audiebat orationes S. Ambrosii Episcopi.]

Sedulo ergo agere coeperam propter quod veneram, ut docerem Romae artem rhetoricam, et prius domi congregare aliquos, quibus et per quos innotescere coeperam. Et ecce, cognosco alia Romae fieri, quae non patiebar in Africa. Nam revera illas eversiones a perditis adolescentibus ibi non fieri manifestatum est mihi. Sed subito, inquiunt, ne mercedem magistro reddant,

amicitia-friendship
familiarius-more intimately
pristina...-former spirit
occultare-hide
pigrius- more sluggishly
lineamentis terminari- be bounded by bodily lines
moles - mass
inevitabilis-inescapable
tetram...-hideous and formless,whether thick...or thin and subtle, as is the body of air which they imagine as an evil mind creeping over the earth
qualiscumque-of any sort
ex adverso sibi-opposite one another
angustius- more narrow
pestilentiosus-baneful
repercutere-strike back
lucidus-bright
porrectus-coming forth
nisi carne..-unless it be mingled with flesh--I did not see that that which I imagined was mingled, but not defiled.
spiritales tui- your spiritual men
ridére-smile at
Mediolanum-to Milan
sedulo-diligently
innotescere-become known
eversio- wrecking
perditus-debased
prae pecuniae...-in comparison to the dearness of money, justice is cheap

conspirant multi adolescentes, et transferunt se ad alium--desertores fidei, et quibus prae pecuniae caritate, iustitia vilis est. Oderat etiam istos cor meum, quamvis non "perfecto odio".

Itaque posteaquam missum est a Mediolano Romam ad praefectum urbis, ut illi civitati rhetoricae magister provideretur ego ipse ambivi per eos ipsos Manichaeis vanitatibus ebrios --quibus ut carerem ibam sed utrique nesciebamus - ut, dictione proposita me probatum, praefectus tunc Symmachus mitteret.

Et veni Mediolanum ad Ambrosium Episcopum, in optimis notum orbi terrae, pium cultorem tuum, cuius tunc eloquia strenua ministrabant "adipem frumenti"tui, et laetitiam olei et "sobriam vini ebrietatem" populo tuo. Ad eum autem ducebar abs te nesciens, ut per eum ad te sciens ducerer. Suscepit me paterne ille homo Dei, et peregrinationem meam satis episcopaliter dilexit.

Et eum amare coepi primo quidem non tamquam doctorem veri--quod in Ecclesia tua prorsus desperabam--sed tamquam hominem benignum in me. Et studiose audiebam disputantem in populo, non intentione qua debui, sed quasi explorans eius facundiam, utrum conveniret famae suae, an maior minorve proflueret quam praedicabatur. Et verbis eius suspendebar intentus, rerum autem incuriosus, et contemptor adstabam. Et delectabar suavitate sermonis, quamquam eruditioris, minus tamen hilarescentis atque mulcentis quam Fausti erat, quod attinet ad dicendi modum. Ceterum, rerum ipsarum nulla comparatio. Nam ille per Manicheas fallacias aberrabat; iste autem saluberrime docebat salutem. Sed longe est " a peccatoribus salus",qualis ego tunc aderam; et tamen propinquabam sensim, et nesciebam.

perfecto odio: Ps. 138,22
ambire-strive for
ebrius-drunk
carére(w.abl.)-lack, be free of
dictione...-being approved as a result of a speech I was ordered to give
cultor-worshipper
eloquium-utterance
adipem: richness of grain: Ps.80,17
sobriam...-sober drunkeness of wine (quoting a hymn of Ambrose)
paterne-in fatherly way
peregrinationem...-welcomed my arrival in a bishoply way
prorsus-altogether
in populo-among the people
facundia-eloquence

an maior..-or whether it flowedmore or less than it was proclaimed: -ve - or: suspendebar- I was intently wrapt: incuriosus-careless: suavitas-persuasiveness: eruditioris...-more learned, but yet less pleasing and alluring than that of Faustus, as far as style of speech is concerned: fallacia-deception: saluberrime- most wholesomely: sensim-gradually:

[Primo A. voluit audire solummodo virtutem rhetoricam Ambrosii--habebat enim, sicut dixit, inanem curam de hac arte. Sed etiam coepit attendere ad cogitationes eius. Primo vidit fidem Catholicam non absurdam esse; postea vidit oppositam doctrinam absurdam esse. Manichaei enim fecerant multas obiectiones contra Vetus Testamentum, dicentes patriarchas et alios viros in eo esse malos. Sed Ambrosius ostendit Augustino methodum interpretationis spiritualis.-- Revera, non erat necesse recurrere ad interpretationes allegoricas. In Vetere Testamento enim legimus patriarchas revera peccata nonnulla fecisse-- sed Scriptura non laudat peccata eorum, sed opera bona eorum. A. autem hoc non videbat.]

Cum enim non satagerem discere quae dicebat, sed tantum quemadmodum dicebat audire--ea mihi quippe desperanti ad te viam patere homini inanis cura remanserat -- veniebant in animum meum simul cum verbis, quae diligebam, res etiam, quas neglegebam. Neque enim ea dirimere poteram, et dum cor aperirem ad excipiendum quam diserte diceret, pariter intrabat quam vere diceret--gradatim quidem. Nam primo etiam ipsa defendi posse mihi iam

satagere-strive
ea...inanis cura remanserat mihi desperanti viam patere homini ad te
dirimere-separate
quam diserte- how eloquently
pariter-together
asserere-assert, defend
existimare-think
maxime...-esp. when I heard one or other enigma solved
reprehendere-reproach
dumtaxat- only

coeperunt videri. Et fidem Catholicam, pro qua nihil posse dici adversus oppugnantes Manichaeos putaveram, iam non impudenter asseri existimabam -- maxime audito uno atque altero et saepius aenigmate soluto de Scripturis veteribus, ubi cum ad litteram acciperem, occidebar. Spiritaliter itaque plerisque illorum librorum expositis locis, iam reprehendebam desperationem meam, illam dumtaxat qua credideram legem et prophetas detestantibus atque irridentibus resisti omnino non posse. Nec tamen iam ideo mihi Catholicam viam tenendam esse sentiebam, quia et ipsa poterat habere doctores assertoresque suos, qui copiose et non absurde obiecta refellerent. Nec ideo iam damnandum illud quod tenebam, quia defensionis partes aequabantur: ita enim Catholica non mihi victa videbatur, ut nondum etiam victrix appareret.

Tunc vero fortiter intendi animum si quo modo possem certis aliquibus documentis Manichaeos convincere falsitatis. Quod si possem spiritalem substantiam cogitare, statim machinamenta illa omnia solverentur, et abicerentur ex animo meo. Sed non poteram.

Verumtamen de ipso mundi huius corpore omnique natura, quam sensus carnis attingeret, multo probabiliora plerosque sensisse philosophos magis magisque considerans atque comparans iudicabam. Itaque Academicorum more, sicut existimantur, dubitans de omnibus, atque inter omnia fluctuans, Manichaeos quidem relinquendos esse decrevi, non arbitrans eo ipso tempore dubitationis meae in illa secta mihi permanendum esse, cui iam nonnullos philosophos praeponebam. Quibus tamen philosophis, quod sine nomine salutari Christi essent, curationem languoris animae meae committere omnino recusabam. Statui ergo tamdiu esse catechumenus in Catholica Ecclesia mihi a parentibus commendata, donec aliquid certi eluceret, quo cursum dirigerem.

"Spes mea a iuventute mea" ubi mihi eras? Et quo recesseras? An vero non tu feceras me, et discreveras me a quadrupedibus et volatilibus coeli? Sapientiorem me feceras, et "ambulabam per tenebras" et lubricum, et quaerebam te foris a me, et non inveniebam Deum cordis mei. Et veneram in profundum maris, et diffidebam, et desperabam de inventione veri.

credideram..- I had believed that no resistance could be made to those who detested...
assertor-defender
refellere-refute
aequare-make equal
victrix-victorious
si quo...-to see if in any way I could convict
machinamenta-contrivances
attingere-reach, touch
plerique-very many
Academicorum more-after the fashion of the Academics
fluctuare- waver
permanendum esse-that I should stay
salutaris-saving
curationem...-entrust the cure of my illness
tamdiu- so long
commendare-teach
elucére-shine forth
dirigere-direct
spes: Ps.70,5
discernere-distinguish
quadrupedibus...-4 footed things & birds

ambulabam: Ps. 81, 5: lubricum-slippery place: diffidere,-lose confidence.

Vocabularium

carére,uit,itus-lack (w.abl.)
commendare,1-teach, recommend, commend
inquinare,1-defile

pariter-together,equally, at same time
prorsus-altogether, completely
-ve(enclitic, like-que-translate ahead of word to which attached) or

amicitia,a-friendship
eloquium,o-utterance, eloquence
plerique,aeque,aque-very many, the most
salutaris,e,i-wholesome, saving

English to Latin

(Review purpose constructions with gerund, gerundive,and supine)

1. Augustine spoke to his friend to restrain him from overconfidence in fables.
2. He came to Rome to escape the wreckings of the wreckers. 3. He went to the church to

hear the eloquence of Ambrose. 4. He did not come to the church to learn the truth, but to hear a good orator. 5. He prayed that God would send light to guide his course.

Pattern Practice

In today's story (and elsewhere) Augustin uses gerundives to express obligation. We already saw this use (lesson 65 of 1st year., and lessons 13 and 15 of 2nd). But let us practice a bit more to renew old acquaintances. Here are some two part sentences. In the second part, use a gerundive. Recall that the agent is in the dative. Sample: Caesar debet interfici a nobis. Caesar est... Answer: interficiendus nobis.--- Manichaei debet reprehendi ab eo. Manichaei... Error debet relinqui a nobis. Error...Lumen debet dari. Lumen.. Ambrosius debet audiri ab eo, Ambrosius...-- But now, let us take some examples with a different form in the first part, but still use a gerundive in the second. Sample: Debemus Caesarem interficere. Answer: Caesar est interficiendus nobis.--- Augustinus debet discipulos iuvare. Discipuli debent haec discere. Ambrosius debet veritatem docere Augustinus debet veritatem invenire. Mater debet filium sequi. Magister debet puerum punire. --- And now let us take a few examples having no object in the first part. Sample: Milites debent laborare. Answer: Militibus laborandum est. --- Augustinus debet ire. Mater debet orare. Christiani debent perseverare. Vir malus debet dolere. Discipuli debent studere. Mater non debet manere in Africa. -- Now let us take some of these examples and put them into an objective-infinitive indirect statement. Sample: Dicit nos debere interficere Caesarem. Answer: Dicit Caesarem interficiendum (esse) nobis. --- Dicit magistrum debere eos iuvare. Dicit Ambrosium debere haec docere . Dicit magistrum debere pueros punire. Dicit milites debere laborare. Dicit se debere ire. Dicit matrem debere orare. Dicit virum malum debere dolere. Dicit discipulos debere studere. Dicit matrem non debere manere in Africa. Dicit Christianos debere perseverare.

Now close your books, and listen to the teacher give the second part of each example (with the gerundive). Translate each of these into English.

Quaestiones discutiendae

1. A. per longum tempus nescivit naturam mali, et credidit Manichaeis dicentibus malum est rem positivam. Revera malum est privatio rei quae debet adesse. Canis non habet alas (wings). Estne privatio cani? Si canis non haberet dentes, essetne privatio an simplex absentia?
2. A. dicit se non odisse malos pueros "perfecto odio". Quid significat?
3. A. loquitur de causa "inevitabilis erroris", et adhuc dicit se peccasse. Quomodo poterat peccare si error erat inevitabilis?
4. A. dat nobis quaedam verba ex hymno Ambrosii dicentis "sobriam vini ebrietatem". Quid significat?
5. A. dicit de didicisse ab Ambrosio multas partes Veteris Testamenti spiritaliter interpretari quia "cum ad litteram acciperem occidebar." Quid significat? Cf. 2 Cor. 3,6. Eratne revera necesse negare sensum litteralem in narrationibus multis de patriarchis?

Lectio Undecima

[Mater Augustini venit Mediolanum, et invenit eum non iam esse Manichaeum, sed nec pervenisse ad Ecclesiam Catholicam. Gratias multas Dei egit, et plus pro Augustino oravit. Ambrosius autem dixit ei quod Augustinus perventurus esset ad fidem per periculum quod medici vocant "crisim", vel "accessionem criticam".]

Iam venerat ad me mater, pietate fortis, terra marique me se-

accessionem criticam-critical paroxysm
discrimen- danger
rudes...-untried travelers on the deep

quens, et in periculis omnibus de te secura. Nam et per marina discrimina ipsos nautas consolabatur, a quibus rudes abyssi viatores cum perturbantur consolari solent; pollicens eis perventionem cum salute, quia hoc ei tu per visum pollicitus eras.

Et invenit me periclitantem quidem graviter desperatione indagandae veritatis. Sed tamen ei cum indicassem non me quidem iam esse Manichaeum, sed neque Catholicum Christianum, non, quasi inopinatum aliquid audierit, exilivit laetitia, cum iam secura fieret ex ea parte miseriae meae, in qua me tamquam mortuum, sed resuscitandum tibi flebat, et feretro cogitationis efferebat, ut diceres filio viduae: "Iuvenis, tibi dico, surge,"; et reviviseceret et inciperet loqui, et redderes illum matri suae. Nulla ergo turbulenta exultatione trepidavit cor eius, cum audisset ex tanta parte iam factum, quod tibi quotidie plangebat ut fieret: veritatem me nondum adeptum, sed falsitati iam ereptum. Immo vero quia certa erat et quod restabat te daturum, qui totum promiseras, placidissime, et pectore pleno fiduciae, respondit mihi credere se in Christo quod, priusquam de hac vita emigraret, me visura esset fidelem Catholicum.

Et hoc quidem mihi. Tibi autem, Fons misericordiarum, preces et lacrimas densiores, ut accelerares adiutorium tuum, et "illuminares tenebras meas", et studiosius ad ecclesiam currere, et in Ambrosii ora suspendi, et "ad fontem salientis aquae in vitam aeternam." Diligebat autem illum virum "sicut angelum Dei" quod per illum cognoverat me interim ad illam ancipitem fluctuationem iam esse perductum, per quam transiturum me ab aegritudine ad sanitatem, intercurrente acriori periculo, quasi per accessionem, quam criticam medici vocant, certa praesumebat.

perventio-arrival
periclitari- be in danger
indagare-find
inopinatus-unexpected
exilire-leap up
resuscitare-raise again
feretro...-was carrying out (to burial) on the bier of thought (A. alludes to story of widow of Naim: cf.Luke 7,11-17)
reviviscere-live again
trepidare- tremble
adeptus-having obtained
ereptus-delivered from
emigrare- depart from
densus- frequent
accelerare-hasten
adiutorium- help
illuminares: Ps. 17, 29

currere...suspendi: historical infs.-transl. like pf. ind.: ad fontem: John 4,14: salire-leap up: sicut: Galatians 4,14: ancipitem...-critical wavering: intercurrente...- with a keener danger intervening:

[A. adhuc audiebat Ambrosium omni die Dominica. Voluit etiam privatim cum eo colloqui, sed semper invenit eum negotiis plenum vel legentem tacite. Quia contra consuetudinem erat legere tacite (homines enim semper legebant vocaliter, etiam cum soli essent), A. coniecturam faciebat de Ambrosio: forsan propter multa negotia noluit vocaliter legere, ne homines qui videbant eum (porta enim eius semper aperta erat) interrogarent de multis -- ita ut non posset multa legere.]

Nec iam ingemiscebam orando, ut subvenires mihi; sed ad quaerendum intentus, et ad disserendum inquietus erat animus meus. Ipsum Ambrosium felicem quendam hominem secundum saeculum opinabar, quem sic tantae potestates honorarent. Caelibatus tantum eius mihi laboriosus videbatur. Quid autem ille spei gereret, adversus ipsius excellentiae tentamenta quid luctaminis haberet, quidve solaminis in adversis, et occultum os eius (quod erat in corde eius) quam sapida gaudia de pane tuo ruminaret--nec conicere noveram, nec expertus eram. Nec ille sciebat aestus meos, nec foveam periculi mei. Non enim quaerere ab eo poteram quod volebam, secludentibus me ab eius aure atque ore catervis negotiosorum hominum, quorum infirmitatibus serviebat. Cum quibus quando non erat--quod per exiguum

privatim-privately
tacite-silently
ingemiscere-groan
secundum saeculum-in a worldly way
opinari-consider
caelibatus-celibacy
adversus...-what trials he had in connection with his high position, and what consolation in adversity
occultum os- his hidden mouth
sapidus-tasty
ruminare-chew, meditate
aestus-emotions, disturbances
fovea -pit

temporis erat--aut corpus reficiebat necessariis sustentaculis, aut lectione animum.

Sed cum legebat, oculi ducebantur per paginas, et cor intellectum rimabatur: vox autem et lingua quiescebant. Saepe cum adessemus--non enim vetabatur quisquam ingredi, aut ei venientem nuntiari mos erat -- sic eum legentem vidimus tacite,et aliter numquam. Sedentesque in diuturno silentio--quis enim tam intento esse oneri auderet? --discedebamus, et coniectabamus eum parvo illo tempore, quod reparandae menti suae nanciscebatur, feriatum a strepitu causarum alienarum nolle in aliud avocari, et cavere fortasse, ne, auditore suspenso et intento, si qua obscurius posuisset ille quem legeret, etiam exponere necesse esset, aut de aliquibus difficilioribus disceptare quaestionibus, atque, huic operi temporibus impensis, minus quam vellet voluminum evolveret. Quamquam et causa servandae vocis, quae illi facillime obtundebatur, poterat esse iustior tacite legendi. Quolibet tamen animo id ageret, bono utique ille vir agebat.

secludere-separate
caterva-throng
negotiosus-of business
exiguus-scanty
sustentaculum-means of sustenance
intellectus-the sense
rimari-examine
vetare-forbid
aliter-otherwise
diuturnus-long
quis enim...-for who would dare to be burdensome to one so intent?

coniectare-guess: reparare-restore: nancisci- find: feriatum...-free from the disturbance of other person's cases: avocare-distract: auditore...-when thehearer was absorbed and intent, if the author should have written something rather obscurely: disceptare-discuss: temporibus...-by spending time: evolvere-unroll, read: obtundere- make blunt:

Sed certe mihi nulla dabatur copia sciscitandi quae cupiebam de tam sancto oraculo tuo, pectore illius, nisi cum aliquid breviter esset audiendum. Aestus autem illi mei otiosum eum valde, cui refunderentur, requirebant. Nec umquam inveniebant. Et eum quidem in populo "verbum veritatis recte tractantem" omni die Dominico audiebam, et magis magisque mihi confirmabatur omnes versutarum calumniarum nodos, quos illi deceptores nostri adversus divinos libros innectebant, posse dissolvi. [A.quodam die parabat orationem habere ad laudandum Imperatorem. Parabat dicere multa mendacia. Hoc modo volebat laudem sibi acquirere, et per laudem, felicitatem sibi. Sed vidit hominem mendicum qui felix erat minore causa--ebrius erat. Meditatur de his rebus.]

Inhiabam honoribus, lucris, coniugiis, et tu irridebas. Patiebar in eis cupiditatibus amarissimas difficultates, te propitio tanto magis, quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Vide cor meum, Domine, qui voluisti ut hoc recordarer et confiterer tibi. Nunc tibi inhaereat anima mea, quam de visco tam tenaci mortis exuisti. Quam misera erat! Et sensum vulneris tu pungebas, ut, relictis omnibus, converteretur ad te, qui es super omnia, et sine quo nulla essent omnia. Quam ergo miser eram, et quomodo egisti, ut sentirem miseriam meam die illo, quo cum pararem recitare Imperatori laudes--quibus plura mentirer, et mentienti faveretur ab scientibus -- transiens per quemdam vicum Mediolanensem animadverti pauperem mendicum--iam credo saturum, iocantem atque laetantem. Et ingemui,et locutus sum cum amicis, qui mecum erant, multos dolores insaniarum nostrarum, quia omnibus talibus conatibus nostris, qualibus tunc laborabam, sub stimulis cupiditatum, trahens infelicitatis meae sarcinam et trahendo exaggerans, nihil vellemus aliud, nisi ad securam laetitiam pervenire, quo nos mendicus ille iam praecessiset---[nos] numquam illuc fortasse venturos. Quod

copia sciscitandi-chance to inquire
oraculum-oracle
otiosum...-needed (to find him very much at leasure, so that they could be poured out on him
verbum: 2 Tim.2,15
tractare-treat
versutarum...-clever knots of calumnies
deceptor-deceiver
innectere-weave
mendacium-lie
Inhiabam..-I was eager for honors, gains,marriages
irridére-laugh,smile
Te propitio...-while you were the more kind, the less you allowed that which you were not to become sweet to me.
inhaerére-adhere to
visco...-you delivered from such tenacious birdlime of death
pungere-sting

enim iam ille pauculis et emendicatis nummulis adeptus erat, ad hoc ego tam aerumnosis anfractibus et circuitibus ambiebam-- ad laetitiam scilicet temporalis felicitatis. Non enim verum gaudium habebat, sed et ego illis ambitionibus multo falsius quaerebam, et certe ille laetabatur, ego anxius eram; securus ille, ego trepidus. Et si quisquam percunctaretur me utrum mallem exultare an metuere, responderem exultare. Rursus si interrogaret utrum me talem mallem, qualis ille, an qualis ego tunc essem, meipsum curis timoribusque confectum eligerem,sed perversitate. Numquid veritate? Neque enim eo me praeponere debebam quo doctior eram. Quoniam non inde gaudebam, sed placere inde quaerebam hominibus, non ut eos docerem, sed tantum ut placerem. Propterea et tu baculo disciplinae tuae "confringebas ossa mea."

mentienti...- and favor would be shown to (me) lying
mendicus- beggar
saturus- full (of wine)
iocari- joke
conatus- attempt
stimulus- goad
sarcina- burden
exaggerare-increase
quo- whither
fortasse- perhaps

Quod enim...-for that which he had attained by a few begged coins, to this I was struggling in such weary wanderings and circuits: falsius- more falsely: trepidus-trembling: percunctari- ask: eo me...- I should not have preferred myself to him inasmuch as I was more learned: baculus- staff: confringebas- you were breaking my bones: Ps.41,11:

Recedant ergo ab anima mea qui dicunt ei: "Interest unde quis gaudeat. Gaudebat mendicus ille vinolentia. Tu gaudere cupiebas gloria." Qua gloria Domine? Quae non est in te. Nam sicut verum gaudium illud non erat, ita nec illa vera gloria et amplius vertebat mentem meam. Et ille ipsa nocte digesturus erat ebrietatem suam. Ego autem cum mea dormieram, et surrexeram, et dormiturus et surrecturus eram -- vide quot dies! Interest vero unde quis gaudeat. Scio. Et gaudium spei fidelis incomparabiliter distat ab illa vanitate. Sed et tunc distabat inter nos. Nimirum quippe, ille felicior erat, non tantum quod hilaritate perfundebatur, cum ego curis eviscerarer; verum etiam quod ille bene optando acquisiverat vinum -- ego autem mentiendo quaerebam typhum. Dixi tunc multa in hac sententia caris meis, et saepe advertebam in his quomodo mihi esset, et inveniebam male mihi esse. Et dolebam, et conduplicabam ipsum male, et si quid arrisisset prosperum, taedebat apprehendere, quia paene priusquam teneretur avolabat.

[A. loquebatur praesertim cum amico suo Alypio, qui erat ex eodem municipio, et etiam discipulus fuerat Augustini. Alypius amaverat ludos gladiatorios, sed A. persuaseret ei ut hos relinqueret.]

Congemiscebamus in his, qui simul amice vivebamus, et maxime ac familiarissime cum Alypio et Nebridio ista colloquebar. Quorum Alypius ex eodem erat quo ego ortus municipio, parentibus primatibus municipalibus, me minor natu. Nam et studuerat apud me,cum in nostro docere coepi oppido, et postea Carthagine. Et diligebat me multum, quod ei bonus et doctus viderer; et ego illum, propter magnam virtutis indolem, quae in non magna aetate satis eminebat. Gurges tamen morum Carthaginiensium, quibus nugatoria fervent spectacula, absorbuerat eum in insaniam circensium. Sed cum in eo miserabiliter volveretur, ego autem, rhetoricam ibi professus, publica schola uterer, nondum me audiebat ut magistrum, propter quamdam simultatem, quae inter me et patrem eius erat exorta. Et compereram quod circum exitiabiliter amaret, et graviter angebar quod tantam spem perditurus,

Interest...-It makes a difference on account of what one rejoices
digesturus...would get over his drunkenness
surrecturus-would get up
spes- hope
distare- be distant
nimirum-for certain
hilaritate...-was drenched in hilarity
eviscerare-torment
typhus- vanity
carus- dear
conduplicare- double
si quid...I was too weary to grasp whatever good thing smiled on me
avolare- fly away
congemiscere- groan together
municipium-town
primas- of high rank
indoles-character
satis- very much
Gurges...-the whirlpool... with which foolish spectacles boil, had swallowed him up into the madness of the circuses

vel etiam perdidisse mihi videbatur. Sed monendi eum, et aliqua coercitione revocandi nulla erat copia vel amicitiae benevolentia, vel iure magisterii. Putabam enim eum de me cum patre sentire. Ille vero non sic erat. Itaque, postposita in hac re patris voluntate, salutare me coeperat, veniens in auditorium meum, et audire aliquid atque abire.

rhetoricam...-being a professor of rhetoric
simultas-hostility
exortus- arisen
comperire-find out

exitiabiliter- with deadly passion: angere-trouble: coercitio- restraint: copia(with monendi & revocandi) opportunity: postposita..-putting aside his father's will: salutare-greet:

Sed enim de memoria mihi lapsum erat agere cum illo, ne vanorum ludorum caeco et praecipiti studio tam bonum interimeret ingenium. Verum autem Domine, tu , qui praesides gubernaculis omnium quae creasti, non eum oblitus eras, futurum inter filios tuos antistitem sacramenti tui. Et ut aperte tibi tribueretur eius correctio, per me quidem illam, sed nescientem, operatus es. Nam quodam die cum sederem loco solito, et coram me adessent discipuli, venit, salutavit, sedit, atque in ea, quae agebamur animum intendit. Et forte lectio in manibus erat, quam dum exponerem, opportune mihi videretur adhibenda similitudo circensium, quo illud quod insinuabam et iucundius et planius fieret, cum irrisione mordaci eorum quos illa captivasset insania. Tu scis, Deus noster, quod tunc de Alypio ab illa peste sanando non cogitaverim. At ille in se rapuit, meque illud non nisi propter se dixisse credidit. Et quod alius acciperet ad succensendum mihi, accepit honestus adolescens ad succensendum sibi, et ad me ardentius diligendum.Dixeras enim tu iam olim, et innexueras litteris tuis: "Corripe sapientem, et amabit te."

At ego illum iam non corripueram, sed utens tu omnibus--et scientibus et nescientibus--ordine quo nosti, et ille ordo iustus est. De corde et lingua mea "carbones ardentes" operatus es, quibus mentem spei bonae adureres tabescentem ac sanares. Etenim ille post illa verba proripuit se ex fovea tam alta, qua libenter demergebatur, et cum misera voluptate caecabatur, et excussit animum forti temperantia;et resiluerunt omnes circensium sordes ab eo, ampliusque illuc non accessit. Deinde patrem reluctantem evicit, ut me magistro uteretur: cessit ille, atque concessit.

lapsus-slipped
agere-discuss,treat
interimere-destroy
praesides...-preside over the wheel
antistitem...-a Bishop of your Sacrament (A. became Bishop of Thagaste)
operari-bring about
solitus-customary
adhibenda...-to employ a comparison of circuses
insinuare-teach
iucundus-pleasant
irrisione mordaci-biting ridicule
captivare-capture
pestis-bane
in se rapuit- took it to heart
succensére-be angry with
innectere-weave into
Corripe-correct: Proverbs 9, 8

carbones-burning coals: Isaias 6,6-7: adurere-burn: tabescere-faint away: proripere-snatch out: fovea- pit: libenter-willingly: demergere-sink: caecare-blind: excutere-shake off: resilire-depart: sordes-filth: reluctans-reluctant: evincere- win over:

Vocabularium

adipisci,adeptus est-obtain,attain
congemiscere,gemuit-groan
eripere,ripuit,reptus-snatch, deliver
ingemiscere,gemuit-groan
irridére,risit,risus-laugh, smile(at)
nancisci,nanctus est- come on, find
opinari,atus est-think,hold opinion
trepidare,1-fear, tremble
vetare,vetuit,vetitus- forbid

fortasse-perhaps
quo-whither, to what place

sarcina,a-burden

English to Latin

(Review other purpose constructions)

1. His Mother prayed in order that he might be converted. 2. He thought that Ambrose read silently lest he be distracted. 3. The beggar asked for money that he might become drunk. 4. Augustine troubled himself greatly that he might have empty praises.
5. Alypius came to Augustine's classroom(auditorium) that he might learn many good things. 6. Augustine used a comparison of circuses to explain something in school.

Questiones discutiendae

1. Quis erat in Vetere Testamento habens consuetudinem similem consuetudini Ambrosii qui tacite legebat? Quid dicendum de explicatione quam Augustinus dat de hac re?
2. A. dicit Domino:"Et sensum vulneris tu pungebas." Quid significat?
3. A. dicit mendicum pauperem saturum fuisse feliciorem. Estne hoc verum? Quid dicendum de statu(state) animae horum duorum? Quae distinctiones faciendae sunt?
4. Quare loquitur A. de "insania"circensium? Quae pericula aderant in his?
5. Quomodo potest A. dicere quod Dominus operatus erat correctionem Alypii per ipsum nescientem?

Lectio Duodecima

[Alypius Romam venerat ut ius disceret. Ibi amici fere coegerunt eum ut ad ludos gladiatorios iret. In veterem insaniam ludorum incidit iterum.]

Non sane relinquens incantatam sibi a parentibus terrenam viam, Romam praecesserat, ut ius disceret. Et ibi gladiatorii spectaculi hiatu incredibili et incredibiliter abreptus est. Cum enim aversaretur et detestaretur talia, quidam eius amici et condiscipuli, cum forte de prandio redeuntibus pervius esset, recusantem vehementer et resistentem familiari violentia duxerunt in amphitheatrum crudelium et funestorum ludorum diebus, haec dicentem: "Si corpus meum in illum locum trahitis, et ibi constituitis,numquid et animum et oculos meos in illa spectacula potestis intendere? Adero itaque absens, ac sic et vos et illa superabo." Quibus auditis, illi nihilo sequius eum adduxerunt secum, idipsum forte explorare cupientes, utrum posset efficere. Quo ubi ventum est, et sedibus, quibus potuerunt, locati sunt, fervebant omnia immanissimis voluptatibus.

Ille autem, clausis foribus oculorum, interdixit animo, ne in tanta mala procederet. Atque utinam et aures obturavisset! Nam quodam pugnae casu, cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset, curiositate victus, et quasi paratus, quidquid illud esset, etiam visum contemnere et vincere, aperuit oculos, et percussus est graviore vulnere in anima, quam ille in corpore quam cernere concupivit. Ceciditque miserabilius, quam ille, quo cadente factus est clamor, qui per eius aures intravit et reseravit eius lumina, ut esset qua feriretur et deiceretur, audax adhuc potius quam fortis animus, et eo infirmior, quo de se praesumpserat, qui debuit de te. Ut enim vidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit, et non se avertit, sed fixit aspectum, et hauriebat furias, et nesciebat et delectabatur scelere certaminis, et

incantatam...the earthly outlook which his parents had drummed into him
hiatus-passion
abripere-snatch away
aversari- shun, turn from
detestari- detest
prandium-dinner
pervius esset- came to meet
funestus-deadly
nihilo sequius- nevertheless
ubi ventum...-when they came
locare-place
fervére-boil
immanis-enormous
fores-doors
interdicere-forbid
utinam:introduces wish
obturare-block
pulsare-beat on
cernere- see
reserare-open
lumina-eyes

cruenta voluptate inebriabatur. Et non erat iam ille qui venerat, sed unus de turba ad quam venerat, et verus eorum socius, a quibus adductus erat. Quid plura? Spectavit, clamavit, exarsit, abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur redire non tantum cum illis a quibus prius abstractus est, sed etiam prae illis et alios trahens. Et inde tamen manu validissima et misericordissima eruisti eum tu, et docuisti eum non sui habere, sed tui fiduciam. Sed longa postea.

ut esset...-so that there was a way by which he could be struck and cast down,a bold rather than...

eo...-the weaker, inasmuch as he had presumed on himself: immanitatem...-he drank in monstrosity: fixit aspectum- fixed his gaze: haurire-drink in: cruentus-bloody: inebriare- make drunk: exardére- be inflamed: stimulare- urge: abstrahere- drag off:

[Alypius autem in multis erat vir magnae virtutis. Cum esset adiutor magistratus, noluit a recta via vertere se, nec ob pecuniam, nec ob timorem.]

Hunc ergo Romae inveneram, et adhaesit mihi fortissimo vinculo, mecumque Mediolanum profectus est, ut nec me desereret, et de iure, quod didicerat, aliquid ageret, secundum votum parentum magis quam suum. Et ter iam assederat, mirabili continentia ceteris, cum ille magis miraretur eos qui aurum innocentiae praeponerent. Tentata est quoque eius indoles non solum illecebra cupiditatis, sed etiam stimulo timoris. Romae assidebat comiti largitionum Italicarum.

Erat eo tempore quidam potentissimus senator, cuius et beneficiis obstricti multi, et terrori subditi erant. Voluit sibi licere nescio-quid ex more potentiae suae, quod esset per leges illicitum. Restitit Alypius; promissum est praemium; irrisit animo. Praetentae minae: calcavit, mirantibus omnibus inusitatam animam quae hominem tantum, et innumerabilibus praestandi nocendique modis celebratum, vel amicum non optaret, vel non formidaret inimicum. Ipse autem iudex cui consiliarius erat, quamvis et ipse fieri nollet, non tamen aperte recusabat, sed in istum [Alypium] causam transferens, ab eo se non permitti asserebat -- quia revera, si ipse [iudex] faceret, iste [Alypius] discederet.

[Etiam alius amicus Augustini, Nebridius, venerat Mediolanum, ut cum eo viveret, et quaereret veritatem.

Nebridius etiam, qui relicta patria vicina Carthagini, atque ipsa Carthagine, ubi frequentissimus erat, relicto rure paterno optimo, relicta domo, et non secutura matre, nullam ob aliam causam Mediolanum venerat, nisi ut mecum viveret in flagrantissimo studio veritatis atque sapientiae, pariter suspirabat, pariterque fluctuabat, beatae vitae inquisitor ardens, et quaestionum difficillimarum scrutator acerrimus. Et erant ora trium egentium, et inopiam suam sibimet invicem anhelantium, et a te expectantium "ut dares eis escam in tempore opportuno." Et in omni amaritudine, quae nostros saeculares actus de misericordia tua sequebatur, intuentibus nobis finem cur ea pateremur, occurrebant tenebrae; et aversabamur gementes et dicebamus: "Quamdiu haec?" Et hoc crebro dicebamus, et dicentes non relinquebamus ea, quia non elucebat certum aliquid, quod, illis relictis, apprehenderemus.

adiutor...-helper of magistrate

ter...had been assessor 3 times already
continentia-restraint
indoles-character
stimulus- goad
comiti...-chancellor of the Italian treasury
obstrictus- bound
subditus-subject
ex more- in accord with his power
praetentae minae- threats were presented
calcare-reject
inusitatus-unusual
innumerabilibus...-famed for countless ways of helping & harming
formidare-fear
causam transferens-blaming
vicinus-neighboring
flagrans-burning
suspirare-sigh
fluctuare-waver
inquisitor-searcher
scrutator-investigator
anhelare-gasp forth, sigh over
ut dares: Ps.144,15
esca-food

amaritudo-bitterness: de misericordia-as a result of: gemere-groan: quamdiu-how long: crebro-frequently: elucére-appear:

[A. loquitur secum, et memoria iterum recordatur omnes vagationes suas, et quasi disputat secum quid agere debeat.]

Et ego maxime mirabar, satagens et recolens quam longum tempus esset ab undevicesimo anno aetatis meae, quo fervere coeperam studio sapientiae, disponens, ea inventa relinquere omnes vanarum cupiditatum spes inanes, et insanias mendaces. Et ecce, iam tricenariam aetatem gerebam, et in eodem luto haesitans aviditate fruendi praesentibus, fugientibus et dissipantibus me, dum dico: "Cras inveniam. Ecce manifestum apparebit et tenebo. Ecce Faustus veniet et exponet omnia. O magni viri Academici, nihil ad agendam vitam certi comprehendi potest? Immo quaeramus diligentius, et non desperemus. Ecce iam non sunt absurda in libris ecclesiasticis quae absurda videbantur, et possunt aliter atque honeste intelligi. Figam pedes in eo gradu, in quo puer a parentibus positus eram, donec inveniatur perspicua veritas. Sed ubi quaeretur, quando quaeretur? Non vacat Ambrosio, non vacat legere. Ubi ipsos codices quaerimus? Unde aut quando comparamus? A quibus sumimus? Deputentur tempora, distribuantur horae pro salute animae. Magna spes oborta est. Non docet Catholica fides quod putabamus, et vani accusabamus. Nefas habent docti eius credere Deum figura humani corporis terminatum; et dubitamus pulsare, quo aperiantur cetera? Antemeridianis horis discipuli occupant; ceteris quid facimus, cur non id agimus? Sed quando salutamus amicos maiores, quorum suffragiis opus habemus? Quando praeparamus, quod emant scholastici? Quando reparamus nos ipsos, animum relaxando ab intentione curarum? Pereant omnia, et dimittamus haec vana et inania. Conferamus nos ad solam inquisitionem veritatis. Vita haec misera est, mors incerta: si subito obrepat, quomodo hinc exibimus? Et ubi nobis discenda sunt quae hic neglexImus? An non potius huius negligentiae supplicia luenda sunt? Quid si mors ipsa omnem curam cum sensu amputabit et finiet? Ergo et hoc quaerendum. Sed absit ut ita sit. Non vacat, non est inane quod tam eminens culmen auctoritatis Christianae fidei toto orbe diffunditur. Numquam tanta et talia pro nobis divinitus agerentur, si morte corporis etiam vita animae consumeretur. Quid cunctamur igitur, relicta spe saeculi, conferre nos totos ad quaerendum Deum et vitam beatam?

Sed expecta. Iucunda sunt etiam ista. Habent non parvam dulcedinem suam. Non facile ab eis praecidenda est intentio, quia turpe est ad ea rursum redire. Ecce, iam quantum est ut impetretur aliquis honor? Et quid amplius in his desiderandum? Suppetit amicorum maiorum copia, ut nihil aliud, et multum festinemus, vel praesidatus dari potest. Et ducenda uxor cum aliqua pecunia, ne sumptum nostrum gravet, et ille erit modus cupiditatis. Multi magni viri et imitatione dignissimi sapientiae studio cum coniugibus dediti fuerunt."

Cum haec dicebam, et alternabant hi venti, et impellebant huc atque illuc cor meum, transibant tempora, et tardabam converti ad Dominum Deum, et differebam de die in diem vivere in te. Et non differebam quotidie in memetipso mori. Amans beatam vitam, timebam illam in sede sua, et ab ea fugiens quaerebam eam. Putabam enim me miserum fore nimis, si feminae privarer amplexibus; et medicinam misericordiae tuae ad eandem

vagationes - wanderings
satagere - strive
disponere - plan
mendax - lying
tricenariam... - age 30
lutum - mud
aviditas - eagerness
dissipare - scatter
aliter - otherwise
figere - fix
perspicuus - clear
Non vacat... A has no time free
codex - book
deputare - assign
obortus - arisen
vanus - vain
nefas - wicked
terminatus - bounded by
pulsare - knock
quo - that
antemeridianus - morning
suffragium - help
se conferre - go to
obrepere - creep up
supplicium luere - pay penalty
amputare - cut off
culmen - peak
divinitus - divinely
quid - why
cunctari - hesitate
iucundus - pleasant
praecidere - cut off
suppetere - suffice
ut nihil...even if nothing else(appears) and(if) we hurry much,even(at least) a governorship can be given
sumptus - expense
gravare - weigh down
deditus - dedicated
alternare - alternate
tardare - delay
amplexus - embrace
propriarum... - I believed that continence depended on one's own strength,

infirmitatem sanandam non cogitabam, quia expertus non eram, et propriarum virium credebam esse continentiam, quarum mihi non eram conscius.

[Alypius persuadere volebat Augustino ne uxorem duceret. Alypius ipse, cum iunior esset, fornicationem commiserat, sed hoc tempore talia non faciebat.]

Prohibebat me sane Alypius ab uxore ducenda, cantans nullo modo nos posse securo otio simul in amore sapientiae vivere, sicut iam diu desideraremus, si id fecissem. Erat enim ipse in ea re etiam nunc castissimus, ita ut mirum esset, quia vel experientiam concubitus coeperat ingressu adolescentiae suae, sed non haeserat, magisque doluerat, et spreverat, et deinde iam continentissime vivebat. Ego autem resistebam illi exemplis eorum qui coniugati coluissent sapientiam, et promeruissent Deum, et habuissent fideliter ac dilexissent amicos, a quorum ego quidem granditate animi longe aberam, et deligatus morbo carnis mortifera suavitate trahebam catenam meam, solvi timens, et quasi concusso vulnere repellens verba bene suadentis tamquam manum solventis.

Insuper, etiam per me ipsi quoque Alypio loquebatur serpens, et innectebat atque spargebat per linguam meam dulces laqueos in via eius, quibus illi honesti et expediti pedes implicarentur. Cum enim me ille miraretur, coeperat et ipse desiderare coniugium, nequaquam victus libidine talis voluptatis, sed curiositatis. Dicebat enim scire se cupere, quidnam esset illud, sine quo vita mea, quae illi sic placebat, non mihi vita, sed poena videretur.

[Mater autem Augustini volebat eum uxorem ducere, ne peccaret fornicatione.]

Et instabatur impigre ut ducerem uxorem. Iam petebam, iam promittebatur, maxime matre dante operam quo me iam coniugatum baptismus salutaris ablueret, quo me in dies gaudebat aptari, et vota sua ac promissa tua in mea fide compleri animadvertebat. Cum sane et rogatu meo et desiderio suo forti clamore cordis abs te deprecaretur quotidie, ut ei per visum ostenderes aliquid de futuro matrimonio meo, numquam voluisti. Et videbat quaedam vana et phantastica, quo cogebat impetus de hac re satagentis humani spiritus, et narrabat mihi, non cum fiducia qua solebat, cum tu demonstrabas ei, sed contemnens ea. Dicebat enim discernere se nescio-quo sapore, quem verbis explicare non poterat, quid interesset inter revelantem te, et animam suam somniantem. Instabatur tamen, et puella petebatur, cuius aetas ferme biennio minor quam nubilis erat. Et quia ea placebat, expectabatur.

Interea peccata mea multiplicabantur, et avulsa a latere meo tamquam impedimento coniugii, cum qua cubare solitus eram, cor, ubi adhaerebat concisum et vulneratum mihi erat, et trahebat sanguinem. Et illa in Africam redierat, vovens tibi alium se virum nescituram, relicto apud me naturali ex illa filio meo. At ego infelix, nec feminae imitator, dilationis impatiens, tamquam post biennium accepturus eam quam petebam, quia non amator coniugii, sed libidinis servus eram, procuravi aliam, non utique coniugem, qua tamquam sustentaretur et perduceretur vel integer vel auctior morbus animae meae in regnum uxorium. Nec sanabatur vulnus illud meum quod prioris praecisione factum fuerat, sed post fervorem doloremque acerrimum putrescebat, et quasi frigidius, sed desperatius dolebat.

which I was not aware of having
concubitus-fornication
ingressus-beginning
coniugatus- married
promerére-deserve well of
deligatus...-bound by the disease of the flesh with deadly sweetness, I dragged my chain
concusso vulnere-as if a wound were prodded
tamquam - as
innectere- weave
spargere-scatter
expeditus- free
implicare-entangle
coniugium-marriage
impigre-diligently
dante...-taking care that saving baptism might wash me, already married
aptare- make fit
rogatus-request
phantasticus-illusory
impetus- drive
sapor-taste
interest- it makes a difference
somniare-dream
nubilis-marriageable
avulsus-torn away
latus-side
cubare-commit
concisus-cut
vovére-vow
nec - not even
dilatio- delay
sustentare-sustain
auctior morbus-increased disease
uxorius- of a wife
praecisio-cutting off
putrescere-become rotten
frigidius- more coldly
desperatius-more despairingly

Vocabularium

aversari,atus est-shun,turn from
elucére,luxit-shine forth,appear
fervére,ferbuit - be agitated, boil
formidare,l-fear
pulsare,l-beat, knock
satagere,egit,actus-strive, be busy
suspirare,l-sigh (for)
vovére,vovit,votus-vow, pray

aliter-otherwise, in another way

indoles,i,bona-nature,disposition
inusitatus,a,um-unusual
morbus,o-disease
solitus,a,um-accustomed, customary
stimulus,o-whip, goad, stimulus

English to Latin

(Review clauses with: while, as long as, as soon as)

1. As soon as Alypius saw the blood, he was agitated with desire for more blood.
2. As long as he did not see or hear the games, he was not in danger. 3. While he held his eyes closed, the crowd was shouting. 4. He said: As soon as I find the truth, I will accept it. 5. While Alypius was still resisting, he heard a shout. 6. As long as he remained in sin, his mother wept for him .

Questiones discutiendae

1. Quare potuit Alypius resistere tam gravibus tentationibus cum magistratui assideret, et non restitit in ludis gladiatoribus? Inveniantur explicationes et ex religione et ex psychologia.
2. Augustinus et amici gemebant dicentes,"Quamdiu haec?" Quare ergo non statim conversi sunt?
3. Quomodo potest A. dicere quod amaritudines sequebantur saeculares actus suos"de misericordia" Dei?
4. Quare timebat ne coniugium impediret studium sapientiae?

Lectio Decima Tertia

[Quidam amicus Augustini(probabiliter Manlius Theodorus, qui consul erat anno 399) dedit ei quosdam libros Neoplatonicorum. In eis A. coepit discere de Verbo Dei, id est, de Secunda Persona SS. Trinitatis,qui factus est homo. Didicit etiam de spiritualibus substantiis --antea enim nihil nisi materiam cogitare potuerat. Sed illi libri non docuerunt quod Verbum Dei descendit de coelo et homo factus est pro nobis.]

Tu vero, Domine, in aeternum manes, et non in aeternum irasceris nobis, quoniam miseratus es terram et cinerem, et placuit in conspectu tuo reformare deformia mea. Et primo, volens ostendere mihi quam resistas superbis, humilibus autem des gratiam, et quanta misericordia tua demonstrata sit hominibus via humilitatis procurasti mihi per quemdam hominem immanissimo typho turgidum quosdam Platonicorum libros ex Graeca lingua in Latinam versos. Et ibi legi,non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multis et multiplicibus suaderi rationibus quod " in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est. In eo vita est, et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt." Et quia hominis anima, quamvis "testimonium

Neoplatonici-Neoplatonists
cinis-ashes
quam - how
immanissimo...-swollen with enormous pride
multiplex- manifold
in principio: John 1,lss
quia-that(ind.disc.)
perhibére- give
quotquot-to as many as
privatio-privation (cf. lesson 10)
bonitas-goodness
phantasma-illusion
deprimere-hold down
detortus- the perversity of a will twisted towards lower things

perhibeat de lumine," non est tamen ipsa "lumen", sed Verbum Dei [lumen est]. Deus est enim "lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum." Et quod "in hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit."

Quia vero "in sua propria venit [Verbum Dei], et sui eum non receperunt; quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius"--non ibi legi.
[Per eosdem libros didicit Manichaeos in errore esse quia putant malum esse substantiam. Malum revera non est substantia, sed privatio bonitatis. Nunc ergo sciebat Deum non creavisse malum. Amiserat ergo veteres errores suos de Deo, errores quos tenuerat in Manichaeismo. Coepit ergo Deum verum amare -- non plantasma quod videbatur esse Deus, sed non erat. Séd deprimebant eum peccata carnalia, quae nondum relinquebat.]

Et quaesivi quid esset iniquitas, et non inveni substantiam, sed a summa sustantia, te Deo, detortae in infima voluntatis perversitatem.

Et mirabar quod iam te amabam -- non pro te phantasma. Et non stabam frui Deo meo, sed rapiebar ad te decore tuo, Moxque diripiebar abs te pondere meo, et ruebam in ista cum gemitu -- et pondus hoc, consuetudo carnalis. Sed mecum erat memoria tui, neque ullo modo dubitabam esse cui cohaererem, sed nondum esse me qui cohaererem, quoniam "corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem."

pro te-in place of you
decus-beauty, splendor
diripere-pull away
pondus-weight
gemitus-groan
cui...-one to whom I should adhere,but (I did not doubt)that I was not one (suited) to adhere(to God)
corpus: Wisdom 9, 15
aggravare-weigh down
terrena...- and the earthly dwelling dwelling presses down the mind that is concerned with many things

[Ergo A. liberatus est a multis erroribus per lectionem librorum Neoplatonicorum. Insuper, legit Epistolas S. Pauli, et didicit de necessitate gratiae. Fere hoc tempore, venit ad optimum virum Christianum, Simplicianum, narravitque ei de erroribus suis multis. Simplicianus autem narravit Augustino de Victorino, qui transtulerat libros Neoplatonicorum in Latinam linguam. Victorinus paganus clarus fuèrat, sed ad Christum conversus erat.]

Perrexi ergo ad Simplicianum, patrem in accipienda gratia tua tunc episcopi Ambrosii, quem vere ut patrem diligebat. Narravi ei circuitus erroris mei. Ubi autem commemoravi legisse me quosdam libros Platonicorum, quos Victorinus, quondam rhetor urbis Romae (quem Christianum defunctum esse audieram) in Latinam linguam transtulisset, gratulatus est mihi quod non in aliorum philosophorum scripta incidissem, plena fallaciarum et deceptionum: in istis autem [dixit Simplicianus] omnibus modis insinuari Deum et eius Verbum.

Deinde, ut me exhortaretur ad humilitatem Christi, sapientibus absconditam, et revelatam parvulis, Victorinum ipsum recordatus est, quem, Romae cum esset, familiarissime noverat, deque illo mihi narravit, quod non silebo. Habet enim magnam laudem gratiae tuae confitendam tibi, quemadmodum ille doctissimus senex, omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quique philosophorum tam multa legerat et diiudicaverat et dilucidaverat, doctor tot nobilium senatorum, qui etiam ob insigne praeclari magisterii (quod cives huius mundi eximium putant) statuam in Romano foro meruerat et acceperat, usque ad illam aetatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps, non erubuerit esse puer Christi tui, et infans fontis tui, subiecto collo ad humilitatis iugum, et edomita fronte ad crucis opprobrium.

circuitus-circling
rhetor-rhetorician
gratulari - congratulate
incidere-happen on
fallacia-deceit
insinuare-introduce, teach
Habet enim...- for it is a great credit to your grace,which should be confessed to you how
quemadmodum:goes with: non erubuerit
diiudicare-judge
dilucidare-explain
magisterium-teaching
eximius-outstanding
collum-neck
iugum - yoke
edomitus-subjected
opprobrium-reproach
inclinasti-you inclined Ps.143, 5
fumigare - smoke
perscrutari- study
palam- openly
deputare-consider
paries - wall

O Domine, Domine, qui "inclinasti coelos et descendisti, tetigisti montes et fumigaverunt" quibus modis te insinuasti illi pectori? Legebat, sicut ait Simplicianus, Sanctam Scripturam, omnesque Christianas scripturas investigabat studiossime, et perscrutabatur, et dicebat Simpliciano non palam, sed secretius et familiarius: "Noveris me iam esse Christianum." Et respondebat ille: "Non credam, nec deputabo te inter Christianos, nisi in Ecclesia Christi te videro." Ille autem irridebat eum, dicens: "Ergo parietes faciunt Christianos?" Et hoc saepe dicebat, iam se esse Christianum. Et Simplicianus illud saepe respondebat, et saepe ab illo parietum irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offendere, superbos daemonicolas. Sed posteaquam legendo et inhiando hausit firmitatem, timuitque "negari a Christo coram angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri," reusque sibi magni criminis apparuit erubescendo de sacramentis humilitatis Verbi tui, et non erubescendo de sacris sacrilegis superborum daemoniorum, quae imitator superbus acceperat, depuduit vanitati, et erubuit veritati, subitoque et inopinatus ait Simpliciano, ut ipse narrabat: "Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri." At ille non se capiens laetitia, perrexit cum eo. Ubi autem imbutus est primis instructionum sacramentis, non multo post etiam nomen dedit ut per baptismum regeneraretur, mirante Roma, gaudente Ecclesia. Superbi "videbant et irascebantur, dentibus suis stridebant et tabescebant." Servo autem tuo Dominus Deus erat "spes eius, et non respiciebat in vanitates et insanias mendaces."

parietum irrisio...- the retort about the walls
vereri- fear
daemonicola-worshipper of demons (idols)
inhiare-desire greatly
haurire-drink in
negari: Matt.10,32
reus-one guilty
erubescere-blush at
sacramentum-mystery
imitator-imitator
depuduit...-he became bold against vanity and modest towards truth
inopinatus-unexpectedly
imbutus- taught
regenerari- be reborn
videbant: Ps.111,10

stridere-gnash: tabescere-decline: spes: Ps.39,5

Denique, ut ventum est ad horam profitendae fidei, quae verbis certis conceptis retentisque memoriter de loco eminentiore in conspectu populi fidelis Romae reddi solet ab eis qui accessuri sunt ad gratiam tuam, oblatum esse dicebat [Simpliciamus] Victorino a presbyteris, ut secretius redderet, sicut nonnullis, qui verecundia trepidaturi videbantur, offerri mos erat; illum autem maluisse salutem suam in conspectu sanctae multitudinis profiteri; non enim erat salus quam docebat in rhetorica, et tamen eam publice professus erat. Quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum, pronuntians Verbum tuum, qui non verebatur in verbis suis turbas insanorum?

Itaque ubi ascendit ut redderet, omnes sibimet invicem quisque ut eum noverat instrepuerunt nomen eius strepitu congratulationis. Quis autem ibi non eum noverat? Et sonuit presso sonitu per ora cunctorum collaetantium: "Victorinus, Victorinus." Cito sonuerunt exultatione, quia videbant eum, et cito siluerunt intentione ut audirent eum. Pronuntiavit ille fidem veracem praeclara fiducia, et volebant eum omnes rapere intro in cor suum, et rapiebant amando, et gaudendo: hae rapientium manus erant.

[A. meditatur de problemate difficili: quare gaudium maius est post periculum, quam si periculum numquam venisset?]

Deus bone, quid agitur in homine, ut plus gaudeat de salute desperatae animae, et de maiore periculo liberatae, quam si spes ei semper afuisset, aut periculum minus fuisset? Etenim tu quoque, misericors Pater, plus gaudes " de uno poenitente, quam de

verbis... which is customarily professed in a definite learned and memorized (form of) words
oblatum...Simpl. said that the offer was made
verecundia- fear
quanto minus- how much less
mansuetum gregem- meek flock
instrepere -make noise
strepitus- noise
presso sonitu- restrained sound
collaetari -rejoice together
verax-truthful
desperatus- despaired of
etenim- for

nonaginta novem iustis, quibus non est opus poenitentia." Et nos cum magna iucunditate audimus, cum audimus quam exultantis pastoris humeris reportetur ovis quae erraverat, et drachma referatur in thesauros tuos, collaetantibus vicinis mulieri quae invenit. Et lacrimas excutit gaudium solemnitatis domus tuae, cum legitur in domo tua de minore filio "quoniam mortuus erat et revixit, perierat, et inventus est." Gaudes quippe in nobis et in angelis tuis sancta caritate sanctis. Nam tu semper idem, qui ea, quae non semper nec eodem modo sunt, eodem modo semper nosti omnia.

Quid ergo agitur in anima, cum amplius delectatur inventis aut redditis rebus quas diligit, quam si eas semper habuisset?

Triumphat victor imperator, et non vicisset nisi pugnavisset, et quanto maius periculum fuit in praelio, tanto maius est gaudium in triumpho. Iactat tempestas navigantes, minaturque naufragium, omnes futura morte pallescunt. Tranquillatur coelum et mare, et exultant nimis, quoniam timuerunt nimis. Aeger est carus, et vena eius malum renuntiat. Omnes qui eum salvum cupiunt aegrotant simul animo. Fit ei recte, et nondum ambulat pristinis viribus, et fit iam tale gaudium quale non fuit cum antea salvus et fortis ambularet. Ubique maius gaudium molestia maiore praeceditur.

[A. meditatur etiam quare gaudium sit maius ex conversione viri potentis, quam ex conversione aliorum.]

Age, Domine, et fac. Excita et revoca nos. Accende et rape. Fragra, dulcesce, amemus et curramus. Nonne multi ex profundiore tartaro caecitatis quam Victorinus redeunt ad te, et accedunt et illuminantur recipientes lumen, quod si qui recipiunt, accipiunt a te "potestatem ut filii tui" fiant? Sed si minus noti sunt populis, minus de illis gaudent etiam qui noverunt eos. Quando enim cum multis gaudetur, et in singulis uberius est gaudium, quia fervefaciunt se, et inflammantur ex alterutro. Deinde, quod multis noti, multis sunt auctoritati ad salutem, et multis praesunt secuturis. Ideoque multum de illis et qui eos praecesserunt laetantur, quia non de solis laetantur. Absit enim ut in tabernaculo tuo prae pauperibus accipiantur personae divitum, aut prae ignobilibus nobiles, quando potius "infirma mundi elegisti, ut confunderes fortia; et ignobilia huius mundi elegisti et contemptibilia, et ea quae non sunt, tamquam quae sunt, ut ea quae sunt evacuares." Et tamen idem ipse minimus Apostolorum tuorum, per cuius linguam tu ista verba sonuisti, cum Paulus proconsul per eius militiam, debellata superbia, sub leve iugum Christi tui missus esset, regis magni provincialis effectus, ipse quoque ex priore Saulo Paulus vocari amavit, ob tam magnae insigne victoriae. Quanto igitur gratius cogitabatur Victorini pectus, quod tamquam inexpugnabile receptaculum diabolus obtinuerat, et Victorini lingua, quo telo grandi et acuto multos peremerat, tanto abundantius exultare oportuit filios tuos.

de uno: Luke 15, 7
iucunditas-pleasure
humerus-shoulder
drachma-drachma (coin): cf. the parable in Luke 15,8-10.
vicinus-neighbor
excutere-drive out
quoniam: Luke 15,24
revixit-returned to life
quanto maius...-the greater the danger... the greater the joy
iactare-toss
minari-threaten
pallescere-grow pale
carus- dear one
vena...-his pulse gives bad news
aegrotare- be sick
pristinus-former
fragrare-be fragrant
dulcescere- be sweet
tartarus-infernal regions
quod si...-and those who receive it (quod) receive the power from you to become your sons
gaudetur: impersonal- there is joy
uberius-more abundantly
fervefacere- make warm
inflammare-set on fire
ex alterutro-from one another
multis sunt...-they lead (are for an authority) many to salvation and go before many who are to follow

Absit...-Banish the thought that in your tabernacle the persons of the rich should be welcomed more than the poor, or the noble more than the ignoble: infirma: 1 Cor.1.27-28.: confundere-confound: evacuare-bring to nought: minimus: St. Paul calls himself that: 1. Cor. 15,9: cum Paulus...when Paul the proconsul, his pride conquered though his

(St. Paul's) service, was sent under the light yoke of your Christ, and became a subject of the great King (God), he himself (St. Paul) after being Saul, liked to be called Paul, as a mark of so great a victory.: Quanto... Therefore the more pleasingly the heart of V is thought of... the more abundantly it is proper that you r children exult.: inexpugnabilis-incapable of being stormed: receptaculum-fortress: obtinére- hold (here does not mean: obtain) : quo telo... with which great and keen weapon he had destroyed many:

Vocabularium

deprimere,pressit,pressus-depress, weigh down, push down
diripiunt,3,ripuit,reptus-plunder, pull away
deputare,1-reckon,consider
haurire,hausit,haustus-drain, drink in
minari,1-threaten, lead(animals)
vereri, veritus est-fear,reverence

etenim-for, since
palam-openly

decus,decore,bonum-beauty, honor, dignity, splendor
eximius,a,um-excellent, outstanding
fallacia,a-deceit,deception
gemitus,u-groan
multiplex,plici-manifold,varied
pristinus,a,um-former,original
strepitus,u-sound, noise

Pattern Practice

In today's lesson, and in the past few lessons, we have been seeing an interesting structure, a balanced pair of expressions with quanto ...tanto, or quo...eo. The literal translation is extremely clumsy,e.g., in today's lesson:"quanto maius periculum fuit... tanto maius est gaudium,": "by how much the danger was greater...by so much the joy is greater." Now it is good to study this clumsy translation, as a means of getting the feel of the original, when we read without translating. But,when we translate, we must change to something better. There is an easy way: whenever we find such a pair of expressions with comparatives in each part, we simply translate the quanto & tanto (or quo & eo) by: "the", thus: "the greater the danger... the greater the joy."

So let us practice a bit. Since the real difficulty is in translation, let us translate these examples: Quanto difficilius pugna...tanto maior erit victoria. Quo melius vivit, eo sanctior erit. Quanto doctior vir, tanto clarius haec videre debet. Eo infirmior erit homo, quo magis in se confisus erit. Tanto fortior erit vir, quanto plus in Deo confidit. Quanto minor inimicus, tanto turpius est vinci. Eo periculosior morbus, quo plus latet. Quanto maiores viri sunt, tanto gravius cadent. Quanto plus potestatis accepit, tanto maior superbia eius fiebat. Quanto vocibus maioribus clamabant, tanto plus tentabatur Alypius. Quo maior vir, eo humilior esse debet. Quanto plus dabimus, tanto plus vir malus petet.

But now, to help us get the feel better, let us make a few for ourselves.Incidentally, we will get practice on forming comparatives. In each example we will have a pair of statements. We change the pair into our new structure by changing the simple adjectives or adverbs to comparatives, and adding tanto...quanto, or eo...quo. Sample: Pugna difficilis est; victoria magna erit. Answer: Quanto difficilior pugna, tanto victoria maior. --- Marcus stultus est; Marcus debet multum studere. ... Augustinus malus erat ; mater eius multum orabat. ... Paulus multum temptatur; Paulus vehementer orat. ...Inimici feroces sunt; nostri fortiter pugnant. ... Tempestas magna est; nautae multum timent. ... Periculum magnum est; Monica multis lacrimis orat. ... Iudex potens est; iudex superbus est, ,,, Illi magni sunt; graviter cadent. ...

Note: There are some examples with a comparative in only one part,e.g., in lesson 12: "eo infirmior,quo de se praesumpserat." We could either translate the quo by "inasmuch" (as in the margin of that lesson), or we could feel that a magis is understood with quo. Of course, not all examples with only one comparative can be considered to have a comparative understood. In doubt, just try to supply one. If it does not work, treat the quo as meaning approximately "inasmuch" or "because."

English to Latin

(Review temporal clauses with when and after, other than cum clauses)

1. When he saw Simplicianus, he heard about the life of Victorinus. 2. Victorinus had been a rhetorician, but after he became a Christian, he no longer taught rhetoric.
3. When Simplicianus heard him say this, he could not contain himself for joy.
4. After the people saw Victorinus go up, they wanted to shout.
5. When Paul had converted the proconsul, he took also the name Paul.

Quaestiones discutiendae

1. A. dicit quod Deus resistit superbis. In aliis libris multa de eadem re dicit. Superbia potest latere etiam in virtutibus. In quibus virtutibus fieri hoc potest?
2. A. dicit quod Victorinus habuit amicos "daemonicolas". Quo sensu poterat hoc verum esse? Revera colebant hi homines daemones?
3. A. meditatur de rationibus ob quas homo plus gaudet "de salute desperatae animae et de maiore periculo liberatae, quam si spes ei semper afuisset, aut periculum minus fuisset." Invenitne A. explicationem veram? Si explicatio eius non omnem veritatem habet, quid addendum est?
4. Quare non remanserat Victorinus rhetor postquam Christianus factus est?
5. Quid dicunt Neoplatonici de "Verbo Dei"?
6. Quare dicit A. "Et mirabar quod iam te amabam-- non pro te phantasma."

Lectio Decima Quarta

[Exemplum conversionis Victorini movit Augustinum ut vellet fidem Ecclesiae accipere. Certe sciebat ubi veritas esset. Sed adhuc retinebant eum pessimae consuetudines.]

Sed ubi mihi homo tuus Simplicianus de Victorino ista narravit, exarsi ad imitandum. Ad hoc enim et ille narraverat. Posteaquam vero et illud addidit, quod imperatoris Iuliani temporibus, lege data, prohibiti sunt Christiani docere litteraturam et oratoriam - quam legem ille amplexus loquacem scholam deserere maluit quam Verbum tuum, quo "linguas infantium facis disertas" - non mihi fortior, quam felicior visus est, quia invenit occasionem vacandi tibi. Cui rei ego suspirabam, ligatus non ferro alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, et inde mihi catenam fecerat, et constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa facta est libido, et dum servitur libidini, facta est consuetudo, et dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis (unde catenam appellavi) tenebat me obstrictum dura servitus. Voluntas autem nova, quae mihi esse coeperat, ut te gratis colerem, fruique te vellem, Deus sola certa iucunditas, nondum erat idonea ad superandam priorem vetustate roboratam. Ita duae voluntates meae, una vetus, alia nova: illa carnalis, illa spiritalis, confligebant inter se, atque discordando dissipabant animam meam.

Sic intellegebam meo ipso experimento id quod legeram, quomodo "caro concupisceret adversus Spiritum, et Spiritus adversus carnem. Ego quidem in utroque, sed magis ego in eo quod in me approbabam, quam in eo quod in me improbabam. Ibi enim magis iam non ego, quia ex magna parte id patiebar invitus, quam

exardére- be eager
ad hoc- for this purpose
Iulianus-Julian the Apostate(360-63A.D.)
amplecti- embrace
loquax- wordy
linguas: Wisdom10, 21
disertus-eloquent
vacare- be free
ferreus- iron
velle meum-my will (inf.used as a noun)
catena- chain
constringere- bind
servitur:impersonal, w. dat.
ansula-link(of chain)
innexus-bound together
obstrictus-bound
servitus-slavery
gratis-freely

faciebam volens. Sed tamen consuetudo adversus me pugnacior ex me facta erat, quoniam volens quo nollem perveneram. Et quis iure contradiceret, cum peccantem iusta poena sequeretur? Et non erat iam illa excusatio, qua videri mihi solebam: propterea me nondum, contempto saeculo, servire tibi, quia incerta mihi esset perceptio veritatis. Iam enim et ipsa certa erat. Ego autem adhuc terra obligatus militare tibi recusabam, et impedimentis omnibus sic timebam expediri, quemadmodum impediri timendum est.

Ita sarcina saeculi, velut somno assolet, dulciter premebar; et cogitationes, quibus meditabar in te, similes erant conatibus expergisci volentium, qui tamen superati soporis altitudine remerguntur. Et sicut nemo est qui dormire semper velit(omnium sano iudicio vigilare praestat) differt tamen plerumque homo somnum excutere, cum gravis torpor in membris est, eumque iam displicentem carpit libentius, quamvis surgendi tempus advenerit; ita certum habebam esse melius tuae caritati me dedere, quam meae cupiditati cedere.

iucunditas-delight
idoneus- fit
vetustate...-strengthened by age
dissipare- scatter, weaken
caro: Gal.5,17
Ego...-I certainly was in both (i.e., he desired both fleshy and spiritual things)
approbare- approve
improbare- reprove
invitus-unwilling
pugnax-pugnacious
volens...- I had willingly come to the place where I did not want (to be).: qua- by which I had seemed excused, that I did not yet serve: perceptio- knowledge: obligatus-bound: militare- serve: velut-just as is usual in sleep: conatibus...- the attempts of those who want to wake up, but yet, overcome by depth of sleep, sink back.: praestare- is better: plerumque- generally: torpor-sluggishness: eumque...-and he rather gladly takes it(sleep) even though it displeases him : surgere- get up : certum habebam- considered it certain: dedere- give over:

Sed illud placebat et non vincebat. Hoc libebat et vinciebat. Non enim erat quod tibi responderem dicenti mihi: "Surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus." Et undique ostendenti vera te dicere, non erat omnino quid responderem veritate convictus, nisi tantum verba lenta et somnolenta: "Modo, ecce modo, sine paululum." Sed "modo et modo" non habebant modum. Et "sine paululum" in longum ibat. Frustra "condelectabar legi tuae secundum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meae, et captivum me duceret in lege peccati, quae in membris meis erat." Lex enim peccati est violentia consuetudinis, qua trahitur et tenetur etiam invitus animus, eo merito quo in eam volens illabitur. "Miserum" ergo "me, quis liberaret de corpore mortis huius, nisi gratia tua, per Iesum Christum Dominum nostrum?" [A. magnopere movetur audito exemplo virorum qui omnia subito reliquerunt ut Domino soli servirent.]

Et de vinculo quidem desiderii concubitus, quo arctissimo tenebar, et saecularium negotiorum servitute quemadmodum me exemeris narrabo, et "confitebor nomini tuo, Domine, adiutor meus, et redemptor meus."

vincire- bind
Non enim..for there was nothing that I could answer
exurge- get up, arise
undique...and to (you) who were showing by all means that you spoke the truth. there was nothing at all I could answer, being convinced by the truth, except...
lentus- slow
somnolentus-sleepy
modo-right away
paululum- a bit
modus- limit
condelectari- be delighted (Rom.7,22-23)
secundum interior...-spiritually: membrum- limb(body) : invitus-unwilling: eo...-deservingly, inasmuch as it slipped into it willingly : Miserum...: Rom.7,24: concubitus-fornication: arctus- tight: eximere- deliver from: confitebor: Ps.53,8 :

Agebam solita, crescente anxietudine, et quotidie suspirabam tibi. Frequentabam Ecclesiam tuam, quantum vacabat ab eis negotiis, sub quorum pondere degebam. Mecum erat Alypius otiosus ab

quantum...-as much as there was free time

opere iurisperitorum post assessionem tertiam, expectans quibus iterum consilia venderet, sicut ego vendebam dicendi facultatem - si qua docendo praestari potest. Nebridius autem amicitiae nostrae cesserat, ut omnium nostrum familiarissimo Verecundo Mediolanensi et civi et grammatico subdoceret vehementer desideranti et familiaritatis iure flagitanti de numero nostro fidele adiutorium, quo indigebat nimis.

Non itaque Nebridium cupiditas commodorum eo traxit. Maiora enim posset, si vellet, de litteris agere. Sed officio benevolentiae petitionem nostram contemnere noluit amicus dulcissimus et mitissimus. Agebat autem illud prudentissime, cavens innotescere personis "secundum hoc saeculum" maioribus, devitans in eis omnem inquietudinem animi, quem volebat habere liberum, et quam multis posset horis feriatum ad quaerendum aliquid vel legendum vel audiendum de sapientia.

Quodam igitur die -- non recolo causam--qua erat absens Nebridius, cum ecce ad nos domum venit ad me et Alypium Ponticianus, quidam civis noster, inquantum Afer, praeclare in palatio militans. Nescio-quid a nobis volebat. Et consedimus, ut colloqueremur, et forte supra mensam lusoriam, quae ante nos erat,attendit codicem. Tulit, aperuit, invenit apostolum Paulum, inopinate sane. Putaverat enim aliquid de libris quorum professio me conterebat. Tum vero arridens, meque intuens gratulatorie, miratus est quod eas et solas prae oculis meis litteras repente comperisset. Christianus quippe et fidelis erat, et saepe tibi, Deo nostro, prosternebatur in ecclesia crebris et diuturnis orationibus. Cui ego cum indicassem illis me Scripturis curam maximam impendere, ortus est sermo, ipso narrante, de Antonio Aegyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud servos tuos; nos autem usque in illam horam latebat. Quod ille ubi comperit, immoratus est in eo sermone, insinuans tantum virum ignorantibus et admirans eandem nostram ignorantiam.

Stupebamus autem audientes tam recenti memoria, et prope nostris temporibus testatissima mirabilia tua in fide recta et Catholica Ecclesia. Omnes mirabamur -- et nos, quia tam magna erant; et ille, quia inaudita nobis erant.

Inde sermo eius devolutus est ad monasteriorum greges, et mores suaveolentiae tuae, et ubera deserta eremi, quorum nos nihil sciebamus. Et erat monasterium Mediolani, plenum bonis fratribus extra urbis moenia sub Ambrosio nutritore. Et non noveramus. Pertendebat ille, et loquebatur adhuc, et nos intenti tacebamus. Unde incidit ut diceret nescio-quando se et tres alios contubernales suos, nimirum apud Treviros, cum Imperator pomeridiano circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos atque illic, ut forte combinati spatiabantur, unum secum seorsum, et alios duos itidem seorsum pariterque digressos, sed illos vagabundos irruise in quandam casam, ubi habitabant quidam servi tui "spiritu pauperes, qualium est regnum coelorum" et invenisse ibi codicem in quo scripta erat vita Antonii.

degere - live
iurisperitus- legal adviser
expectans...-waiting (to see) to whom he could sell...

si qua...-if any(of it) can be provided by teaching
cesserat:had given in to
subdocére-be assistant teacher to
indigére-need(w.abl.)
eo - to this
mitis - mild
innotescere-become known
inquantum- inasmuch as
Afer - an African
militare- serve
mensa lusoria- game table
codex- book
inopinate sane- unexpectedly, to be sure
conterere-occupy
repente - suddenly
prosternebatur: bowed himself
creber-frequent
monachus-monk
latére-escape
immorari- dwell
insinuare-present
stupére-be amazed
testatus-attested
devolvi- come to
suaveolentia- sweet odor
ubera...-fruitful wastes of the desert
nutritor-nourisher
pertendere-continue
contubernalis- fellow soldier

Treveri- Trier: pomeridianus- afternoon(adj.): exisse...-went to walk(note the supine for purpose): hortos...-the gardens adjoining the walls: combinati...-walked in pairs: itidem-likewise: vagabundus -wandering: casa-hut: spiritu: Matt.5,3: qualis-of what sort:

Quam legere coepit unus eorum, et mirari et accendi, et inter legendum meditari arripere talem vitam, et, relicta militia saeculi, servire tibi. Erat autem ex eis quos dicunt agentes in rebus. Tunc subito repletus amore sancto et sobrio pudore, iratus sibi, coniecit oculos in amicum et ait illi: "Dic, quaeso te, omnibus istis laboribus nostris quo ambimus pervenire? Quid quaerimus? Cuius rei causa militamus? Maiorne esse poterit spes nostra in palatio, quam ut amici Imperatoris simus? Et ibi quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula pervenitur ad grandius periculum? Et quando istud erit? Amicus autem Dei, si voluero - ecce nunc fio."

Dixit hoc, et, turbidus parturitione novae vitae, reddit oculos paginis, et legebat et mutabatur intus, ubi tu videbas. Et exuebatur mundo mens eius, ut mox apparuit. Namque dum legit et volvit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, et discrevit, decrevitque meliora, iamque tuus ait amico suo: "Ego iam abrupi me ab illa spe nostra, et Deo servire statui, et hoc ex hora hac, in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli adversari." Respondit ille adhaerere se socium tantae mercedis tantaeque militiae.

Tunc Ponticianus et qui cum eo per alias horti partes deambulabant, quaerentes eos, devenerunt in eundum locum, et invenientes admonuerunt ut redirent, quod iam declinasset dies. At illi, narrato placito et proposito suo, quoque modo in eis talis voluntas orta esset atque firmata, petiverunt ne sibi molesti essent, si adiungi recusarent. Isti autem, nihilo mutati a pristinis, fleverunt se tamen, ut dicebat, atque illis pie congratulati sunt, et commendaverunt se orationibus eorum, et trahentes cor in terra, abierunt in palatium. Illi autem affigentes cor coelo, manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas, quae posteaquam hoc audierunt, dicaverunt etiam ipsae virginitatem tibi.

[Hac narratione motus, A. coepit videre quam turpis ipse esset, et incipit velle deserere vitam suam malam.]

Narrabat haec Ponticianus. Tu autem, Domine, inter verba eius retorquebas me ad meipsum, auferens me a dorso meo, ubi me posueram, dum nollem me attendere, et constituebas me ante faciem meam, ut viderem quam turpis essem, quam distortus et sordidus, maculosus, et ulcerosus. Et videbam, et horrebam, et quo a me fugerem non erat. Et si conabar a me avertere aspectum, narrabat ille quod narrabat, et tu me rursus opponebas mihi, et impingebas me in oculos meos, ut invenirem iniquitatem meam et odissem. Noveram eam, sed dissimulabam, et cohibebam, et obliviscebar.

Tunc vero quanto ardentius amabam illos de quibus audiebam salubres affectus, quod se totos tibi sanandos dederant, tanto execrabilius me, comparatum eis, oderam. Quoniam multi mei anni mecum effluxerant, forte duodecim anni, ex quo ab undevicesimo anno aetatis meae, lecto Ciceronis Hortensio, excitatus eram studio sapientiae, et differebam, contempta felicitate terrena, ad eam investigandam vacare, cuius non inventio, sed vel sola inquisitio iam praeponenda erat etiam inventis thesauris regnisque gentium, et ad nutum circumfluentibus corporis voluptatibus.

At ego adolescens miser, valde miser in exordio ipsius adolescentiae, etiam petieram a te castitatem, et dixeram:

arripere- take on
agentes in rebus- special agents
quaeso - I ask
turbidus-excited in the birth of new life
intus-within
exuebatur...-his mind was freed from the world
fluctus- wave
infremere- be excited
aliquando- finally
discernere-make a distinction
piget-displease
adversari- oppose
declinare- decline
narrato...-having told his decision & purpose
a pristinis-from former state
affigere- fix
sponsa-fiancee
dicare-dedicate
retorquebas...- twisted me back to myself(my view) taking me away from behind my back
sordidus...-dirty, spotted, ulcerous
horrére-shrink from
quo...-there was no place to which I could flee

opponere-put before
impingere- fix
cohibére- hold back

salubres...-wholesome attitudes
tanto execrabilius...- the more contemptuously I hated myself, compared to them.
tibi sanandos...- had given themselves to you to be healed
effluere-flow forth

"Da mihi castitatem et continentiam -- sed noli modo." Timebam enim ne me cito exaudires, et cito sanares a morbo concupiscentiae, quam malebam expleri quam extingui. Et ieram "per vias pravas" superstitione sacrilega, non quidem certus in ea, sed quasi praeponens eam ceteris, quae non pie quaerebam, sed inimice oppugnabam.

Et putaveram me propterea differre de die in diem, contempta spe saeculi, te solum sequi, quia non mihi apparebat certum aliquid quo dirigerem cursum meum. Et venerat dies quo nudarer mihi, et increparet me conscientia mea: "Ubi es lingua? Nempe tu dicebas propter incertum verum nolle te abicere sarcinam vanitatis. Ecce iam certum est! Et illa te adhuc premit, humerisque liberioribus pennas recipiunt qui neque ita inquirendo attriti sunt, nec decennio et amplius ista meditati."

Ita rodebar intus, et confundebar pudore horribili vehementer, cum Ponticianus talia loqueretur. Terminato autem sermone et causa, qua venerat, abiit ille, et ego ad me. Quae non in me dixi? Quibus sententiarum verberibus non flagellavi animam meam ut sequeretur me conantem post te ire? Et renitebatur, recusabat, et non se excusabat. Consumpta erant et convicta argumenta omnia. Remanserat muta trepidatio, et quasi mortem reformidabat restringi a fluxu consuetudinis, quo tabescebat in mortem.

ex quo- since
inventio...-not only the discovery, but even the search
circumfluere- flow around
exordium-beginning
castitas-chastity, purity
noli modo-don't do it now
per vias pravas- through wicked ways: Eccli.2,16
dirigere-direct,guide
nudare-make bare
increpare-reproach
nempe-for
incertum verum-the uncertainty of the truth

humerisque...-and with freer shoulders, they receive their wings who neither have been worn down in the search, nor have thought about it 10 yrs. & more: rodere-gnaw at: intus-within: verber-scourge: flagellare- whip: reniti-struggle against: convincere-refute: reformidabat...-feared to be kept from the flow of habit in which it was wasting away:

Vocabularium

convincere,vicit,victus-prove, refute,conquer,convince
dirigere,rexit,rectus-guide, direct
increpare,crepuit,crepitus-make a sound, reproach
vacare,1-be free(for), be at leisure, be empty

intus-within, inwardly
repente-suddenly, unexpectedly
velut-as,just as, as if

disertus,a,um-eloquent
fluctus,u-wave,wavering
invitus,a,um-unwilling(ly)
verber,bere,malum-scourge, whip

English to Latin
(Review clauses with before and until)

1. Before they saw the hut, the two friends were special agents of the Emperor.
2. He did not wish to be cured until he had satisfied his evil desires.
3. He will not be converted until he finds the truth.
4. He did not want to do this before he could see everything clearly.
5. Before he could escape, they caught him.

Quaestiones discutiendae

1. In adolescentia, A. statuerat veritatem quaerere. In hac lectione, dicit se veritatem invenisse: "non erat omnino quid responderem, veritate convictus". Quare ergo veritatem non secutus est? Quid effecit ut re vera sequeretur veritatem?
2. Qui erant errores principales intellectuales qui olim Augustinum tenuerant?

Explica quomodo liberatus est a singulis erroribus.
3. A. dicit Deo, se oravisse, tempore adolescentiae: "Da mihi castitatem -- sed noli modo." Estne revera probabile quod A. his verbis oravit? Quid revera significat?
4. Explica processum psychologicum quo Augustinus affectus est audiens narrationem Ponticiani.

Lectio Decima Quinta

[Maxime turbatus, quia videbat homines indoctos coelum mereri, dum ipse adhuc tam malus erat, A. discessit in hortulum. Alypius sequitur eum.]

Tum in illa grandi rixa interioris domus meae, quam fortiter excitaveram cum anima mea in cubiculo nostro, corde meo, tam vultu quam mente turbatus invado Alypium et exclamo: "Quid patimur? Quid est hoc quod audisti? Surgunt indocti et coelum rapiunt -- et nos cum doctrinis nostris sine corde, ecce! ubi volutamur in carne et sanguine! An quia praecesserunt, pudet sequi, et non pudet nec saltem sequi?" Dixi nescio-quae talia, et abripuit me ab illo aestus meus, cum taceret attonitus, me intuens. Neque enim solita sonabam, plusque loquebantur animum meum frons, genae, oculi, color, modus vocis, quam verba quae promebam.

Hortulus quidam erat hospitii nostri, quo nos utebamur, sicut tota domo. Nam hospes ibi non habitabat, dominus domus. Illuc me abstulerat tumultus pectoris, ubi nemo impediret ardentem litem quam mecum aggressus eram, donec exiret qua tu sciebas, ego autem non. Sed tantum insaniebam salubriter, et moriebar vitaliter, gnarus quid mali essem, et ignarus quid boni post paululum futurus essem. Abscessi ergo in hortum, et Alypius, pede post pedem: neque enim secretum meum non erat, ubi ille aderat. Aut quando me sic affectum desereret? Sedimus quantum potuimus remoti ab aedibus. Ego fremebam spiritu, indignans turbulentissima indignatione quod non irem in placitum et pactum tecum, Deus meus, in quod eundum esse omnia ossa clamabant, et in coelum tollebant laudibus. Et non illuc ibatur navibus aut quadrigis aut pedibus, quantum saltem de domo in eum locum ieram, ubi sedebamus. Nam non solum ire, verum etiam pervenire illuc nihil erat aliud quam velle ire -- sed velle fortiter et integre: non semisauciam hac atque hac versare et iactare voluntatem parte assurgente cum alia parte cadente luctantem.

mereri-merit
hortulus-garden
rixa-strife
cubiculum-chamber
tam...quam-both... and
volutare- roll
pudet- it makes ashamed
nec saltem- not even
aestus-excitement
attonitus-astounded
gena- cheek
promere-bring forth
hospitium-lodging
lis-struggle
qua - where
insaniebam...- I was wholesomely deranged
vitaliter - in a living way
gnarus-knowing
ignarus- not knowing
fremere-rage
indignari- be indignant
placitum et pactum-decision and covenant
tollere- exalt
quadrigae-4 horse chariot

quantum- as far as: integre-entirely: non semisauciam...-not to turn and toss here & there a half wounded: will struggling in its rising part with its other part(which was) falling:

[A. incipit meditari de re mirabili: voluntas hominis non est idem ac corpus hominis: voluntas est res una, corpus res alia est. Attamen,-- nisi homo sit claudus, vel ligatus--voluntas potest imperare corpori ut moveatur: et statim id quod vult efficitur e.g., voluntas potest imperare manui ut moveatur, et statim movetur. Sed nihilominus, si voluntas vult imperare sibi ut aliquid vellet, e.g., ut convertatur ad Deum, non semper id quod vult fit. Quare ita? In voluntate enim non est differentia inter <u>velle</u> et <u>facere</u>,

claudus-lame
velle et facere-willing and acting
cunctatio-delay
resoluta languore-weakened by illness
evulsi capillum-pulled out hair

nec inter velle et posse velle. A. dicit quia non plene vult voluntas -- voluntas aegra est].

Denique, tam multa faciebam corpore in ipsis cunctationis aestibus, quae aliquando volunt homines et non valent, si aut ipsa membra non habeant, aut ea vel colligata vinculis, vel resoluta languore, vel quoque modo impedita sint. Si evulsi capillum, si percussi frontem, si consertis digitis amplexatus sum genu, quia volui feci. Potui autem velle et non facere, si mobilitas membrorum non obsequeretur. Tam multa ergo feci ubi non hoc erat velle quod posse, et non faciebam quod et incomparabili affectu amplius mihi placebat, et mox ut vellem, possem--quia mox ut vellem, utique vellem. Ibi enim facultas ea quae voluntas, et ipsum velle iam facere erat. Et tamen non fiebat, faciliusque obtemperabat corpus tenuissimae voluntati animae, ut ad nutum membra moverentur, quam ipsa sibi anima[obtemperabat] ad voluntatem suam magnam, in sola voluntate perficiendam.

Unde hoc monstrum, et quare istud? Luceat misericordia tua, et interrogem, si forte mihi respondere possint latebrae poenarum hominum et tenebrosissimae contritiones filiorum Adam. Unde hoc monstrum et quare istud? Imperat animus corpori et paretur statim. Imperat animus sibi, et resistitur. Imperat animus ut moveatur manus, et tanta est facilitas, ut vix a servitio discernatur imperium -- et animus animus est; manus autem corpus est. Imperat animus ut velit animus--nec alter est, nec facit tamen. Unde hoc monstrum et quare istud? Imperat, inquam, ut velit, qui non imperaret nisi vellet -- et non facit[voluntas] quod [voluntas] imperat. Sed non ex toto vult -- non ergo ex toto imperat. Nam in tantum imperat, in quantum vult, et in tantum non fit quod imperat, in quantum non vult. Quoniam voluntas imperat ut sit voluntas, nec alia [imperat]. Sed ipsa non utique plena imperat --ideo non est quod imperat. Nam si plena esset, nec imperaret ut esset, quia iam esset. Non igitur monstrum, partim velle, partim nolle; sed aegritudo animi est, quia non totus assurgit veritate sublevatus, consuetudine praegravatus. Et ideo sunt duae voluntates, quia una earum tota non est, et hoc adest alteri, quod deest alteri.

consertis digitis...-with locked fingers, I clasped my knee
mobilitas-movement
obsequi- obey
Tam multa...-therefore I did many things in which willing(to do them) was not the same as being able
mox ut-as soon as
Ibi enim...For in that(in making a decision)the ability is the same as the will and the very willing(to do so)was already(the same as (doing so)
tenuis - thin
monstrum-marvel
lucére-shine
si forte-if perhaps
latebra-hiding place
tenebrosissimae-most dark damage
parére-obey(w.dat.)
servitium-service
discernere-distinguish
ex toto- fully
in tantum...-it orders only insofar as it wills
ideo non est...-therefore that which it orders is not(done)

Non igitur...Therefore this partly wishing, partly not wishing, is not a marvel, but a sickness of soul: sublevatus- raised: praegravatus-weighed down: una earum- one of them is not full, and that which is present in one is lacking in the other:

[A.notat quod non tenet theoriam falsam Manichaeorum de duabus voluntatibus in homine.]

"Pereant a facie tua", Deus, sicuti pereunt vaniloqui et mentis seductores, qui cum duas voluntates in deliberando animadverterint, duas naturas duarum mentium esse asseverant, unam bonam, alteram malam. Ipsi vere mali sunt, cum ista mala sentiunt. Et iidem ipsi boni erunt, si vera senserint, verisque consenserint, ut dicat eis Apostolus tuus: "Fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino." Illi enim dum volunt esse lux, non in Domino, sed in seipsis, putando animae naturam hoc esse quod Deus est, ita facti sunt densiores tenebrae, quoniam longius a te recesserunt horrenda arrogantia, a te,"vero lumine, illuminante omnem hominem venientem in hunc mundum." Attendite quid dicatis, et erubescite, et "accedite ad eum, et illuminamini,

vaniloqui...-vain-speakers and seducers of soul
asseverare-assert
Fuistis:Eph.5,8
hoc esse...to be the same as God
vero lumine:Jn.1,9
erubescere-blush
accedite:Ps.33,6
disponere -plan
contendere-struggle

et vultus vestri non erubescent." Ego cum deliberabam, ut iam servirem Domino Deo meo, sicut diu disposueram, ego eram qui volebam, ego eram qui nolebam. Ego, ego eram. Nec plene volebam, nec plene nolebam. Ideo mecum contendebam, et dissipabar a meipso, et ipsa dissipatio me invito quidem fiebat, nec tamen ostendebat naturam mentis alienae, sed poenam meae.
[A. redit ad descriptionem certaminis interioris sui.]

Sic aegrotabam et excruciabar, accusans memetipsum solito acerbius nimis, ac volvens et versans me in vinculo meo, donec abrumperetur totum, quo iam exiguo tenebar. Sed tenebar tamen. Et instabas tu in occultis meis, Domine, severa misericordia, flagella ingeminans timoris et pudoris ne rursus cessarem et non abrumperetur idipsum exiguum et tenue quod remanserat, et revalesceret iterum et me robustius alligaret. Dicebam enim apud me intus: "Ecce modo fiat, modo fiat." Et cum verbo iam ibam in placitum. Iam paene faciebam, et non faciebam. Nec relabebar tamen in pristina, sed de proximo stabam et respirabam. Et iterum conabar, et paulo minus ibi eram, et paulo minus iam iamque attingebam, et tenebam, et non ibi eram, nec attingebam, nec tenebam, et non ibi eram, nec attingebam nec tenebam, haesitans mori morti et vitae vivere, plusque in me valebat deterius inolitum quam melius insolitum. Punctumque ipsum temporis, quo aliud futurus eram, quanto propius admovebatur, tanto ampliorem incutiebat horrorem, sed non recutiebat retro, nec avertebat, sed suspendebat.

dissipare-scatter
invitus-unwillingly
certamen- struggle
excruciare-torment
solito...-much more keenly than usual
versare-turn
totum quo... the whole bond with which I was still scantily held
flagella...doubling your scourges
cessare- cease
revalescere-grow strong again
robustius- more strongly
iam ibam...-I was on the point of making a decision
relabi- slip back
respirare-get wind again
paulo minus...-was almost there

deterius...-the old that was ingrained, than the better that was inaccustomed: punctum-point: propius- closer: incutiunt- strike in: recutiebat...-did not drive me back:

Retinebant me nugae nugarum, et vanitates vanitatum, antiquae amicae meae, et succutiebant vestem meam carneam et submurmurabant: "Dimittisne nos? Et a momento isto non erimus tecum ultra in aeternum? Et a momento isto non tibi licebit hoc et illud ultra in aeternum?" Et quae suggerebant in eo quod dixi "hoc et illud"! Quae suggerebant, Deus meus! Avertat ab anima servi tui misericordia tua quas sordes suggerebant, quae dedecora! Et audiebam eas iam longe minus quam dimidius, non tamquam libere contradicentes eundo in obviam, sed velut a dorso mussitantes, et discedentem quasi furtim vellicantes ut respicerem. Retardabant tamen cunctantem me abripere atque excutere ab eis et transire quo vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: "Putasne sine istis poteris?"

Sed iam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte, qua intenderam faciem, et quo transire trepidabam, casta dignitas continentiae, serena et non dissolute hilaris, honeste blandiens ut venirem neque dubitarem, et extendens ad me suscipiendum et amplectendum pias manus, plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri et puellae; ibi iuventus multa et omnis aetas et graves viduae et virgines anus. Et in omnibus ipsa continentia, nequaquam sterilis, sed fecunda mater filiorum gaudiorum de marito te, Domine. Et irridebat me irrisione exhortatoria quasi diceret: "Tu non poteris quod isti et istae? An vero isti et istae in semetipsis possunt, ac non in Domino Deo suo? Dominus Deus eorum me dedit eis. Quid in te stas, et non stas? Proice te in eum. Noli

nugae mugarum- trifles of trifles
succutiunt-tug at
submurmurare- murmur a bit
suggerere-suggest
sordes-filth
dedecus-disgrace
dimidius-half
eundo in obviam...- going to meet me, but as if murmuring from behind
furtim vellicantes- plucking at me stealthily
tepidus-lukewarm
ab ea...-from that direction to which I had turned
hilaris...-cheerful, honorably inviting
virgines anus-virginal old women

metuere, non se subtrahet ut cadas, Proice te securus. Excipiet et sanabit te." Et erubescebam nimis, quia illarum nugarum murmur adhuc audiebam, et cunctabundus pendebam. Et rursus illa quasi diceret: "Obsurdesce adversus immunda illa membra tua super terram, ut mortificentur. Narrant tibi delectationes, sed non sicut lex Domini Dei tui." Ista controversia in corde meo non nisi de me ipso adversus meipsum. At Alypius affixus lateri meo inusitati motus mei exitum tacitus opperiebatur.

Ubi vero a fundo arcano alta consideratio contraxit et congessit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, oborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lacrimarum, et, ut totum effunderem cum vocibus suis, surrexi ab Alypio. Solitudo enim mihi ad negotium flendi aptior suggerebatur. Et secessi remotius quam ut posset mihi onerosa esse etiam eius praesentia. Sic tunc eram, et ille sensit. Nescio-quid enim puto dixeram, in quo apparebat sonus vocis meae iam fletu gravidus, et sic surrexeram. Mansit ergo ille, ubi sedebamus nimie stupens. Ergo sub quadam fici arbore stravi me, nescio quomodo, et dimisi habenas lacrimis, et proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum. Et non quidem his verbis, sed in hac sententia multa dixi tibi: "Et tu, Domine, usquequo? Usquequo, Domine? Irasceris in finem? Ne memor fueris iniquitatum nostrarum antiquarum." Sentiebam enim me eis teneri, et iactabam voces miserabiles: "Quamdiu, quamdiu cras et cras? Quare non modo? Quare non hac hora finis turpitudinis meae?"

fecundus-fertile
maritus-husband
irrisione...-with an exhorting laugh
cunctabundus-hesitating
obsurdescere- be deaf
mortificare-mortify, deaden

inusitati...- was awaiting in silence the outcome of my unusual upheaval
fundo arcano-secret depth
contraxit...-drew and gathered together
oborta...-an immense storm arose
imber - rain
aptus - fitting
secedere-withdraw

remotius...-too far for his presence to be burdensome: fletu gravidus- heavy with coming tears: nimie stupens- extremely stunned: sub quadam... cast myself down under a certain fig tree: habena-rein: prorumpere-break forth: Et tu:Ps.6,4; 12, 1; 78,8; : usquequo-how long: iactare-toss: quamdiu- how long:

Dicebam haec, et flebam amarissima contritione cordis mei. Et ecce, audio vocem de vicina domo cum cantu dicentis et crebro repetentis, quasi pueri an puellae nescio:"Tolle, lege; tolle lege." Statimque mutato vultu, intentissimus cogitare coepi utrumnam solerent pueri in aliquo genere ludendi cantare tale aliquid. Nec occurebat omnino audivisse me uspiam. Repressoque impetu lacrimarum, surrexi, nihil aliud interpretans, nisi divinitus mihi iuberi ut aperirem codicem et legerem quod primum caput invenissem. Audieram enim de Antonio quod ex Evangelica lectione, cui forte supervenerat, admonitus fuerit, tamquam sibi diceretur quod legebatur: "Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelis; et veni, sequere me." Et tali oraculo confestim ad te esse conversum.

Itaque concitus redii ad eum locum ubi sedebat Alypius. Ibi enim posueram codicem Apostoli, cum inde surrexeram. Arripui, aperui, et legi in silentio capitulum, quo primum coniecti sunt oculi mei: "Non in comissationibus et ebrietatibus, non in cubilibus et impudicitiis, non in contentione et aemulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Et carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis vestris." Nec ultra volui legere,nec opus erat. Statim quippe cum fine huiusce sententiae, quasi luce securitatis infusa cordi meo, omnes dubitationis tenebrae diffugerunt.

vicinus-neighboring
utrumnam-whether
uspiam-anywhere
repressus-checked
divinitus-from heaven
codex-book
supervenire-come on
Vade: Matt.19,21
confestim-,at once
concitus-in haste
arripiunt-snatch
conicere-cast on
Non...Not in revelry and drunkenness,not in debauchery and wantonness,not in strife and jealousy.. ..and take no thought for the flesh in your lusts.Rom.13,13-14
interiecto...-putting in my finger or some other marker

Tum, interiecto aut digito aut nescio-quo alio signo, codicem clausi, et tranquillo vultu indicavi Alypio. At ille quid in se ageretur, quod ego nesciebam, sic indicavit. Petiit videre quid legissem. Ostendi. Attendit etiam ultra quam ego legeram, et ignorabam quid sequeretur. Sequebatur vero: "Infirmum autem in fide recipite." Quod ille ad se retulit, mihique aperuit. Sed tali admonitione firmatus est, placitoque ac proposito bono, et congruentissimo suis moribus, quibus a me in melius iam olim valde longeque distabat, sine ulla turbulenta cunctatione coniunctus est.

Inde ad matrem ingredimur. Indicamus. Gaudet. Narramus quemadmodum gestum sit. Exultat, et triumphat, et benedicebat tibi, "qui potens es ultra quam petimus aut intelligimus facere." Quia tanto amplius sibi a te concessum de me videbat quam petere solebat miserabilibus flebilibusque gemitibus. "Convertisti enim me ad te," ut nec uxorem quaererem, nec aliquam spem saeculi huius, stans in ea regula fidei, in qua me ante tot annos ei revelaveras. "Et convertisti luctum eius in gaudium" multo uberius quam voluerat, et multo carius atque castius quam de nepotibus carnis meae requirebat.

Infirmum:Rom.14,1
ad se retulit-applied to himself
placitoque...-in good -will and purpose, most in accord with his character, in which he long ago was far distant for the better
qui potens:Eph.3,20
Convertisti:Jeremias 31, 12
Et convertisti: Ps. 29, 12
uberius-more abundantly
carius-more dearly
nepos-grandson

Vocabularium

arripiunt,3,ripuit,reptus-seize,snatch
contendere,tendit,tentus-stretch,strain, strive for, hasten
dissipare, 1,-scatter
erubescere,rubuit-blush
iactare,1-toss
lucére,luxit, - shine,appear
parére,paruit,paritus-obey(w.dat.)
suggerere,gessit,gestus-suggest, bring
versare,1-turn(as deponent:be involved in, live)

aestus,u-tide,excitement, boiling
dedecus,core,malum-disgrace
latebra,a-hiding place
sordes,i,mala-filth, dirt

English to Latin

(Review gerundive for obligation -cf.lesson 10)

1. Augustine had to give up his old customs. 2. They told him: You will have to live without us forever. 3. Augustine was so moved that he had to weep.4. It was necessary for him to leave Alypius. 5. Alypius had to wait alone in another part of the garden. 6. It was necessary for him to experience this storm in order to chage his life.

Quaestiones discutiendae

1. A dicit: "Ubi a fundo arcano alta consideratio contraxit et congessit totam miseriam meam in conspectu cordis mei, oborta est procella ingens." Loquiturne de actione mentis subconsciae?
2. A. dicit: "insaniebam salubriter et moriebar vitaliter." Quid significat?
3. A. dicit quod si homo vult movere membrum, e.g., manum suam, est distinctio inter voluntatem quae imperat, et manus quae imperio paret. Quomodo explicat quare non poterat statim voluntatem relinquendi peccata habere.
4. Videbat Augustinus visiones in hortulo?
5. Augustinus putavit se debere aperire Scripturas, et accipere primum locum quem videret quasi pro se scriptum esset. Estne superstitio in hac sententia? Explica quare.

[A. gratias Deo agit propter liberationem e tantis malis.]

O Domine, "ego servus tuus, ego servus tuus, et filius ancillae tuae. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis." Laudet te cor meum et lingua mea, et omnia ossa mea dicant: "Domine, quis similis tibi?" Dicant, et responde mihi et dic animae meae: "Salus tua ego sum". Quis ego, et qualis ego? Quid non mali aut facta mea, aut si non facta, dicta mea, aut si non dicta, voluntas mea fuit? Tu autem, Domine, bonus et misericors, et dextera tua respiciens profunditatem mortis meae, et a fundo cordis mei exhauriens abyssum corruptionis. Et hoc[i.e., liberatio mea] erat totum nolle quod volebam, et velle quod nolebam.

Sed ubi erat [liberum arbitrium meum] tam annoso tempore, et de quo imo altoque secreto evocatum est in momento liberum arbitrium meum, quo subderem cervicem leni iugo tuo, et humeros levi sarcinae tuae, Christe Iesu, adiutor meus, redemptor meus? Quam suave mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum; et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas, eiciebas, et intrabas pro eis, omni voluptate dulcior, sed non carni et sanguini; omni luce clarior, sed omni secreto interior; omni honore sublimior, sed non [hominibus] sublimibus in se. Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiendi et acquirendi et volutandi atque scalpendi scabiem libidinum, et garriebam tibi, claritati meae, et divitiis meis et saluti meae, Domino Deo meo.

[A. narrat quomodo putabat se debere non iam docere rhetoricam artem--fere videtur putare se peccare docendo eam. Revera, non erat necesse peccare docendo artem rhetoricam: Etiamsi doceret homines quomodo deceptiones fierent in orationibus, hoc poterat docere non ut ipsi deciperent alios, sed ut possent invenire et refutare deceptiones aliorum.]

Et placuit mihi in conspectu tuo non tumultuose abripere, sed leniter subtrahere ministerium linguae meae nundinis loquacitatis, ne ulterius pueri, "meditantes" non"legem tuam", non pacem tuam, sed "insanias mendaces" et bella forensia mercarentur ex ore meo arma furori suo. Et opportune iam paucissimi dies supererant ad vindemiales ferias, et statui tolerare illos, ut solemniter abscederem, et, redemptus a te, iam non redirem venalis. Consilium ergo nostrum erat coram te. Coram hominibus autem, nisi nostris, non erat. Et convenerat inter nos ne passim cuiquam effunderetur, quamquam tu nobis a "convalle plorationis" ascendentibus et cantantibus "canticum graduum" dederas "sagittas acutas et carbones vastatores adversus linguam subdolam"; velut consulendo contradicentem.

ego:Ps.115,16-17
ancilla-handmaid
dirumpere-break
Domine: Ps.34,10
Salus: Ps.34, 3
fundus-depth
exhaurire-drain out
Et hoc...-And this consisted in not willing all that I had willed, and in willing that which I had not willed
liberum arbitrium-free will
annosus-long
subdere-subject
cervix - neck
leni iugo-to your light yoke
suavis-sweet
suavitatibus...-sweetness of trifles
quas amittere...-and it was now a joy to dismiss those which I had feared to lose
pro eis- in place of them
dulcis- sweet
interior- more inner
mordax-biting
ambiendi...-of going about and gaining, and and being tossed, and scratching the itch of lusts
garrire-talk freely
abripiunt-break off
nundinis...from the markets of speaking
meditantes:Ps.118, 70

insanias: Ps.39,5: forensis-of the forum: mercari- buy: superesse- remain: vindemiales...harvest holidays: venalis- for sale: convenerat...-we had agreed that it should not be given out indiscriminately: convalle- valley of tears: Ps.83,7 : canticum graduum-song of the steps(sung by Jews on pilgrimage to holidays in Jerusalem: Psalm 119): sagittas..-sharp arrows and wasting coals against a deceitful tongue which contradicted while seeming to help:

Et venit dies, quo etiam actu solverer a professione rhetorica, unde iam cogitatu solutus eram. Et factum est, et eruisti linguam meam, unde iam erueras cor meum, et benedicebam tibi gaudens, profectus in villam cum meis omnibus. Ibi quid egerim in litteris iam quidem servientibus tibi, sed adhuc superbiae scholam, tamquam in pausatione, anhelantibus, testantur libri disputati cum praesentibus, et cum ipso me solo coram te. Quae autem cum absente Nebridio,[disputata sint] testantur epistolae. Et quando mihi sufficiat tempus commemorandi omnia magna erga nos beneficia tua in illo tempore,praesertim ad alia maiora properanti? Revocat enim me recordatio mea,et dulce mihi fit, Domine,confiteri tibi, quibus internis me stimulis perdomueris, et quemadmodum me complanaveris,"humiliatis montibus et collibus" cogitationum mearum, et "tortuosa mea direxeris, et aspera lenieris." Quoque modo ipsum etiam Alypium, fratrem cordis mei, subegeris nomini Unigeniti tui, Domini et Salvatoris nostri Iesu Christi, quod primo dedignabatur inseri litteris nostris. Magis enim eas volebat redolere gymnasiorum "cedros" quas iam "contrivit Dominus" quam salubres herbas ecclesiasticas adversas serpentibus.

cogitatus-thought
Ibi quid...-the books of discussion with those present, testify what I did in letters
adhuc...-still from the school of pride, (i.e.,panting like a fighter just after the fight)
cum ipso...with myself alone,in your presence (his soliloquies)
praesertim...-especially when I am hastening to other greater things (properanti goes with mihi)

perdomare-conquer: complanare-make level: humiliatis: Isaias 40,3;Lk.3,4:collis-hill: tortuosa...(how) you straightened my winding ways, and smoothed my roughness: quoque modo- and in what way: subigere-make subject: dedignabatur- he disdained to have it inserted into our writings (He thought the word "Salvator" not literary enough in Latin.: redolére...-to be redolent of the cedars of the gymnasia: conterere-crush: salubres...-the herbs (i.e., lowly things) of the church, wholesome against serpents (devil):

Quas tibi, Deus meus, voces dedi, cum legerem Psalmos David, cantica fidelia, sonos pietatis, excludentes turgidum spiritum, rudis in germano amore tuo, catechumenus in villa cum catechumeno Alypio feriatus, matre adhaerente nobis muliebri habitu, virili fide, anili securitate, materna caritate, Christiana pietate! Quas tibi voces dabam in Psalmis illis, et quomodo in te inflammabar ex eis, et accendebar eos recitare, si possem, toto orbe terrarum, adversus typhum generis humani! Et tamen toto orbe cantantur, et "non est qui se abscondat a calore tuo." Quam vehementi et acri dolore indignabar Manichaeis, et miserabar eos rursus, quod illa sacramenta, illa medicamenta nescirent, et insani essent adversus antidotum, quo sani esse potuissent! Vellem ut alicubi iuxta essent tunc, et, me nesciente quod ibi essent, intuerentur faciem meam, et audirent voces meas, quando legi quartum Psalmum, in illo tunc otio, quid de me fecerit ille Psalmus.

"Cum invocarem te, exaudisti me, Deus iustitiae meae; in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, Domine, et exaudi orationem meam." Audirent, ignorante me utrum audirent, ne me propter se illa dicere putarent, quae inter haec verba dixerim; quia et revera nec ea dicerem, nec sic ea dicerem, si me ab eis audiri viderique sentirem. Nec si dicerem, sic acciperent quomodo mecum et mihi coram te de familiari affectu animi mei.

Inhorrui timendo, ibidemque inferbui sperando et exultando in tua misericordia , Pater. Et haec omnia exibant per oculos meos et vocem meam, cum conversus ad nos spiritus bonus ait nobis: "Filii hominum, quousque graves corde? Ut quid

turgidus-swollen
rudis...-untrained in your true love
feriatus-on holiday
muliebri habitu...-in woman's garb, but with manly faith, with the security of an old woman
typhus- pride
non est: Ps.18,7
antidotus-antidote
alicubi iuxta-somewhere near
dilatasti- you have enlarged(made broad) (my way)--A. is commenting on Ps.4 and applying it to himself. We omit most of it here.
He uses an old version of the Ps.
Nec si...-Nor if I said them,would they so understand(them)

diligitis vanitatem, et quaeritis mendacium?" Dilexeram enim vanitatem, et quaesieram mendacium.

Quando recordabor omnia dierum illorum feriatorum? Sed nec oblitus sum, nec silebo flagelli tui asperitatem, et misericordiae tuae mirabilem celeritatem. Dolore dentium tunc excruciabas me, et cum in tantum ingravesceret, ut non valerem loqui, ascendit in cor meum admonere omnes meos qui aderant, ut deprecarentur te pro me, Deum salutis omnimodae. Et scripsi hoc in cera et dedi eis ut legeretur. Mox ut genu supplici affectu fiximus, fugit dolor ille. Sed quis dolor, aut quomodo fugit? Expavi, fateor, Domine meus, Deus meus. Nihil enim tale ab ineunte aestate expertus fueram. Et insinuati sunt mihi in profundo nutus tui, et gaudens in fide, laudavi nomen tuum. Et ea fides me securum esse non sinebat de praeteritis peccatis meis, quae mihi per baptismum tuum remissa nondum erant.

as to realize) how (I was saying them) with myself and to myself in your presence, out of the inner movement of my soul.
Inhorrui...-I shuddered in fear, and in the same place (of the psalm) I was feverish in hope and exultation...
quousque-how long

nec silebo..nor shall I be silent (about) the severity of your scourge: dens- tooth: ingravescere-grow heavy: salutis...-of every sort of salvation: cera- wax tablet: Mox ut... as soon as we bent our knees in humble attitude: expavescere- fear: insinuare - teach: fides- faith:

[A. renuntiat professioni suae, venit Mediolanum et baptizatur, cum filio suo illegitimo, Adeodato.]

Renuntiavi, peractis vindemialibus, ut scholasticis suis Mediolanenses venditorem verborum alium providerent, quod et tibi ego servire delegissem, et illi professioni, prae difficultate spirandi ac dolore pectoris non sufficerem. Et insinuavi per litteras antistiti tuo, viro sancto, Ambrosio, pristinos errores meos, et praesens votum meum, ut moneret quid potissimum mihi de libris tuis legendum esset, quo percipiendae tantae gratiae paratior aptiorque fierem. At ille iussit Isaiam prophetam, credo quod prae ceteris Evangelii vocationisque gentium sit praenuntiator apertior. Verumtamen ego primam huius lectionem non intellegens, totumque talem arbitrans, distuli, repetendum exercitatior in dominico eloquio.

Inde ubi tempus advenit, quo me nomen dare oporteret, relicto rure, Mediolanum remeavimus. Placuit et Alypio renasci in te mecum, iam induto humilitate sacramentis tuis congrua, et fortissimo domitori corporis, usque ad Italicum solum glaciale nudo pede obterendum, insolito ausu. Adiunximus etiam nobis puerum Adeodatum, ex me natum carnaliter de peccato meo. Tu bene feceras eum. Annorum erat fere quindecim, et ingenio praeveniebat multos graves et doctos viros. Munera tua tibi confiteor, Domine Deus meus, creator omnium, et multum potens reformare nostra deformia. Nam ego in illo puero praeter delictum nihil habebam. Quod enim enutriebatur a nobis in disciplina tua, tu inspiraveras nobis -- nullus alius. Munera tua tibi confiteor. Est liber noster, qui inscribitur "De Magistro". Ipse ibi mecum loquitur. Tu scis illius esse sensa omnia quae inseruntur ibi ex persona collocutoris mei, cum esset in annis sexdecim. Multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrori mihi erat illud ingenium. Et quis praeter te talium miraculorum opifex?

renuntiare-report
peractis... after the harvest holidays were spent
venditor- seller
deligere-chose
prae...because of difficulty in breathing
sufficiunt-suffice
antistes- Bishop
potissimum- especially
quo...that I might become more ready & fit for receiving so great a grace
prae ceteris-more than others
praenuntiator...-a more open foreteller
verumtamen- however
repetendum...-to be taken up again(when I would be) more trained in the Lord's word.
remeare-go back

renasci- be reborn(baptized): induto...-being clothed with humility fitting for your sacraments and a most brave subduer of the body, even to the point of walking on the icy soil

of Italy with bare feet, in an unusually bold deed.: praevenire- surpass: deformis- deformed: enutrire-raise: inserere- put in: ex persona...-in the person of one speaking with me: Opifex- maker:

Cito de terra abstulisti vitam eius, et securior eum recordor, non timens quidquam pueritiae nec adolescentiae nec omnino homini illi. Sociavimus eum coaevum nobis in gratia tua, educandum in disciplina tua.

Et baptizati sumus, et fugit a nobis sollicitudo vitae praeteritae. Nec satiabar illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinem consilii tui super salutem generis humani. Quantum flevi in hymnis et canticis suave sonantis Ecclesiae tuae vocibus commotus acriter! Voces illae influebant auribus meis, et eliquabatur veritas tua in cor meum, et ex ea aestuabat affectus pietatis, et currebant lacrimae, et bene mihi erat cum eis.

[A. narrat quomodo ecclesia Mediolanensis coeperit hymnos cantare in persecutione Arianorum. Cum mater regis ecclesiam tradere Arianis conaretur, populus remansit in aedificio ecclesiae, ne tradi posset. Tunc Ambrosius scripsit hymnos pro populo, imitans consuetudinem ecclesiarum in terris orientalibus.]

Non longe coeperat Mediolanensis Ecclesia genus hoc consolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrum concinentium vocibus et cordibus. Nimirum annus erat aut non multo amplius cum Iustina, Valentiniani regis pueri mater, hominem tuum Ambrosium persequeretur haeresis suae causa, qua fuerat seducta ab Arianis. Excubabat pia plebs in Ecclesia, mori parata cum episcopo suo, servo tuo. Ibi mater mea, ancilla tua, sollicitudinis et vigiliarum primas partes tenens, orationibus vivebat. Nos adhuc frigidi a calore Spiritus tui, excitabamur tamen, civitate attonita et turbata. Tunc hymni et psalmi ut canerentur secundum morem orientalium partium, ne populus moeroris taedio contabesceret, institutum est, et ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac paene omnibus gregibus tuis per cetera orbis imitantibus.

Tunc memorato antistiti tuo per visum aperuisti quo loco laterent martyrum corpora Gervasii et Protasii, quae per tot annos incorrupta in thesauro secreti reconderas, unde opportune promeres ad coercendam rabiem femineam, sed regiam. Cum enim propalata et effossa digno cum honore transferrentur ad Ambrosianam basilicam, non solum quos immundi vexabant spiritus (confessis eisdem daemonibus) sanabantur; verum etiam quidam plures annos caecus civis civitatique notissimus, cum populi tumultuantis laetitiae causam quaesisset atque audisset, exilivit eoque se ut duceret suum ducem rogavit. Quo perductus impetravit admitti ut sudario tangeret feretrum "pretiosae in conspectu tuo mortis sanctorum tuorum." Quod ubi fecit, atque admovit oculis, confestim aperti sunt. Inde fama discurrens, inde laudes tuae ferventes,lucentes, inde illius inimicae animus, etsi ad credendi sanitatem non applicitus, a persequendi tamen furore comppressus est.

Gratias tibi, Deus meus. Unde et quo duxisti recordationem meam, ut haec etiam confiterer tibi, quae magna oblitus praeterieram? Et tamen tunc, cum ita fragraret "odor unguentorum tuorum" non currebamus post te, et ideo plus flebam inter cantica hymnorum tuorum olim suspirans tibi, et tandem respirans,

coaevus- of same age
influere-flow into
eliquare- make clear
celebrare-practice
concinere-sing together
nimirum- indeed
seducere- deceive
excubare - watch
frigidi a calore- not warmed by the warmth
attonitus-astonished
ne populus... lest the people weaken with weariness of grief
grex - flock
memoratus- above-mentioned
recondere-hide
unde...from where you might at a suitable time bring them forth to restrain the madness of a woman, but a queen.
propalata et effossa- brought out and dug up
vexare-trouble
exilire-leap up
eoque-and to thet place
sudarium- handkerchief
feretrum-bier
pretiosae: Ps.115,15
applicitus- brought to
compressus- restrained
praeterire-pass by
fragrare-be fragrant
odor: Cant.Cant.1,3
respirare-get breath again
quantum...-insofar as the air allows
in a house of grass
(i.e.,so far as one

quantum patet aura in domo fenea.

can in this mortal body), Cf. Isaias 40, 6.

Vocabularium

excubare, uit, itus - sleep outside, be on watch
induere, duit, dutus - put on, clothe
praeterire, iit, itus - pass by
seducere, duxit, ductus - deceive, corrupt
subdere, didit, ditus - make subject, conquer
subigere, egit, actus - make subject, subdue

alicubi - somewhere, anywhere
ibidem - in the same place

fides, e(5) - faith, trustworthiness
fundus, o - bottom, depth
moeror, ore, magnus - grief
suavitas, tate, bona - sweetness, persuasiveness

Pattern Practice

Let us notice one sentence in today's lesson: "Sociavimus eum nobis, educandum in disciplina tua.- We joined him to ourselves, to be trained in your schooling. Note that the meaning of the gerundive educandum is a sort of cross between two other uses we already know. That is, it has a resemblance to the type: "Hoc est faciendum nobis: This is to be done by us". But it also resembles in a way the type: "Venit ad videndum Caesarem. He came to see Caesar." For it contains a sort of purpose idea also. Almost any ancient author is apt to use this structure, though not very often. There is still another example a bit earlier in this lesson: "distuli, repetendum exercitatior in dominico eloquio", and there is also one in lesson 14 (can you find it?). So let us practice a bit on it. Here are some two part sentences. In the second part, use a gerundive. Sample: Imperator voluit urbem deleri. Imperator tradidit militibus... Answer: urbem delendam. Pater voluit puerum erudiri. Pater misit .... Augustinus non voluit sanari a Domino. Augustinus non dedit Domino.... Imperator voluit captivos interfici. Imperator tradidit.... Puer non voluit puniri. Puer magistro non commisit... Milites voluerunt illos protegere. Milites iunxerunt sibi.... Magister voluit Marcum iuvare. Magister vocavit ad se.... Rex voluit hanc terram defendi. Rex tradidit exercitui.... Mater voluit Augustinum a Domino curari. Mater commisit Domino.... Ille voluit aurum a divite custodiri. Ille tradidit diviti....

But let us note too that the same thing can be done in the nominative case too. Sample: Imperator voluit urbem deleri. Tradita est militibus... Answer: urbs delenda. --- Pater voluit puerum erudiri. Missus est in urbem.... Augustinus non voluit sanari. Non est datus Domino.... Imperator voluit captivos interfici. Traditi sunt.... Puer non voluit a magistro puniri. Non commissus est magistro .... Milites voluerunt illos protegere. Iuncti sunt militibus.... Magister voluit Marcum iuvare. Ad magistrum vocatus est.... Rex voluit hanc terram defendi. Tradita est exercitui .... Mater voluit Augustinum a Domino curari. Commissus est Domino....

English to Latin
(Review verbs that are always impersonal)

1. It is fitting that we pray much. 2. It was proper for him to go through this trial. 3. He is not permitted to speak to his friend now. 4. He decided to go to St. Ambrose and ask for baptism. 5. The time came when it was right for him to give in his name. 6. It is proper for him to praise the Lord for all His mercies.

Quaestiones discutiendae

1. A. interrogat: "Sed ubi erat[liberum arbitrium meum] tam annoso tempore....?" Revera, ubi erat?

2. A. non voluit "tumultuose abripere" se a munere docendi artem rhetoricam. At videtur putavisse malum esse hanc docere. Nonne ergo malum fecit quia non statim discessit ab hoc munere?
3. A. dicit de libris suis scriptis inter conversionem suam et baptismum quod adhuc "superbiae scholam, tamquam in pausatione" anhelabant. De quibus libris loquitur? Quid significat? Inveniantur exempla ex his libris.
4. A. dicit de Manichaeis: "Vellem ut alicubi iuxta essent tunc (cum recitaret Psalmum quartum), et, me nesciente quod ibi essent, intuerentur faciem meam, et audirent voces meas." Dicitne hoc ex superbia? Quomodo explicatur?
5. A. dicit se cum filio suo Adeodato scripsisse librum "De Magistro". Quid docet in illo libro? Docetne veritatem?

Lectio Decima Septima

[A. narrat quomodo viveret cum aliis Christianis. Cum reversurus esset in Africam, mater eius defuncta est, apud Ostia. Narrat de vita matris.]

"Qui habitare facis unanimes in domo" consociasti nobis et Evodium iuvenem ex nostro municipio. Qui cum agens in rebus militaret, prior nobis ad te conversus est, et baptizatus et, relicta militia saeculari, accinctus in tua. Simul eramus, simul habitabamus in placito sancto. Quaerebamus quisnam locus nos utilius haberet servientes tibi. Pariter remeabamus in Africam, et cum apud Ostia Tiberina essemus, mater defuncta est. Multa praetereo, quia multum festino. Accipe confessiones meas, et gratiarum actiones, Deus meus, de rebus innumerabilibus, etiam in silentio. Sed non praeteribo quidquid mihi anima parturit de illa famula tua, quae me parturivit et carne, ut in hanc temporalem, et corde, ut in aeternam lucem nascerer. Non eius, sed tua dicam dona in ea. Neque enim seipsam fecerat, aut educaverat seipsam.

Tu creasti eam, nec pater nec mater sciebat qualis ex eis fieret, et erudivit eam in timore tuo virga Christi tui, regimen Unici Tui in domo fideli, bono membro Ecclesiae tuae. Nec tantam erga suam disciplinam diligentiam matris praedicabat, quantam famulae cuiusdam decrepitae, quae patrem eius infantem portaverat, sicut dorso grandiuscularum puellarum parvuli portari solent. Cuius rei gratia, et propter senectam ac mores optimos in domo Christiana satis a dominis honorabatur. Unde etiam curam dominicarum filiarum commissam sibi diligenter gerebat, et erat in eis coercendis, cum opus esset, sancta severitate vehemens, atque in docendis, sobria prudentia. Nam eas praeter illas horas quibus ad mensam parentum moderatissime alebantur, etiam si exardescerent siti, nec aquam bibere sinebat, praecavens consuetudinem malam, et addens verbum sanum: "Modo aquam bibitis, quia in potestate vinum non habetis. Cum autem ad maritos veneritis, factae dominae apothecarum et cellariorum, aqua sordebit, sed mos potandi praevalebit."

Hac ratione praecipiendi et auctoritate imperandi frenabat aviditatem tenerioris aetatis, et ipsam puellarum sitim formabat ad honestum modum, ut iam nec liberet quod non deceret.

apud Ostia- at Ostia (seaport of Rome)
Qui: Ps.67,7
unanimis-of one mind
consociare-join to
agens in rebus... served as special agent
accinctus-girded
in placito... in a holy purpose
utilis-useful
remeare-return
festinare-hasten
Non eius... I do not tell of her(own qualities,i,e,.those due to herself)but your gifts in her.
erudire-educate
virga...The rod of your Christ, ... your Only-begotten
Nec tantam... Nor did she praise so much the diligence of her mother in her training, as(that) of a certain broken down servant
sicut...-just as children are usually carried on the back of older girls
senecta- old age

curam gerere-take care of: in eis...in restraining them: alere-feed: praecavére-guard against in advance: maritus-husband: dominae...-mistresses of the storerooms and

cellars, water will seem cheap, but the habit of drinking will prevail.: frenare-bridle, restrain: aviditas eagerness: tener- tender: sitis- thirst:

Et surrepserat tamen, sicut mihi filio famula tua narrabat, surrepserat ei vinolentia. Nam cum de more, tamquam puella sobria, iuberetur a parentibus de cuppa vinum depromere,submisso poculo, qua desuper patet, priusquam in lagunculam funderet merum , primoribus labris sorbebat exiguum, quia non poterat amplius, sensu recusante. Non enim ulla temulenta cupidine faciebat hoc, sed quibusdam superfluentibus aetatis excessibus, qui ludicris motibus ebulliunt, et in puerilibus animis maiorum pondere premi solent.

Itaque ad illud modicum cotidiana modica addendo, quoniam "qui modica spernit, paulatim decidit" in eam consuetudinem lapsa erat, ut prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Ubi tunc sagax anus, et vehemens illa prohibitio? Numquid valebat aliquid adversus latentem morbum, nisi tua medicina, Domine,vigilaret super nos? Absente patre et matre et nutritoribus, tu praesens, qui creasti, qui vocas, qui etiam per praepositos homines boni aliquid agis ad animarum salutem, quid tunc egisti, Deus meus? Unde curasti, unde sanasti? Nonne protulisti durum et acutum ex altera anima convicium, tamquam medicinale ferrum, ex occultis provisionibus tuis, et uno ictu putredinem illam praecidisti?

Ancilla enim, cum qua solebat accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, ut fit, sola cum sola, obiecit hoc crimen amarissima insultatione vocans meribibulam. Quo illa stimulo percussa, respexit foeditatem suam, confestimque damnavit atque exuit. Sicut amici adulantes pervertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt. Nec tu quod per eos agis, sed quod ipsi voluerunt retribuis eis. Illa enim irata, exagitare appetivit minorem dominam -- non sanare . Et ideo clanculo, aut quia ita eas invenerat locus et tempus litis, aut ne forte et ipsa periclitaretur quod tam sero prodidisset. At tu, Domine, rector coelitum et terrenorum, ad usus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum saeculorum ordinate turbulentum, etiam de alterius animae insania sanasti alteram, ne quisquam, cum hoc advertit, potentiae suae tribuat, si verbo eius alius corrigatur, quem vult corrigi.

surrepere-creep up
vinolentia-habit of drinking
de more-as usual
de cuppa...to draw wine from the barrel, holding the cup under the opening, before she poured the wine into the bottle, she sipped a little with the edge of her lips
temulenta cupidine-out of desire of drink
quibusdam...but from certain exuberant excesses of her age, which boil up in foolish acts
modicum- a little bit
qui: Eccli,19,1
plenos...full little cups, greedily
sagax anus-wise old woman
vigilare- watch
nutritor-nurse
convicium-reproach
medicinale ferrum-surgeon's knife

uno ictu- at one stroke you cut off that corruption: litigare-argue: obiciunt-charge: meribibula- drunkard: foeditas-foulness: exuere- take off: adulari- flatter: pervertere-corrupt: retribuere- repay: exagitare-disturb: clanculo-secretly: lis-strife: periclitari-be in danger: sero- late: prodere-reveal: contorquere-twist: fluxum..the flow of the ages, turbulent in an orderly way: insania-unsoundness:

Educata itaque pudice ac sobrie, potiusque a te subdita parentibus, quam a parentibus tibi; ubi plenis annis nubilis facta est, tradita viro, servivit veluti domino, et sategit eum lucrari tibi, loquens te illi moribus suis, quibus eam pulchram faciebas, et reverenter amabilem atque mirabilem viro. Ita autem toleravit cubilis iniurias, ut nullam de hoc re cum marito haberet umquam simultatem. Expectabat enim misericordiam tuam super eum,ut in te credens, castificaretur. Erat vero ille praeterea sicut benevolentia praecipuus, ita ira fervidus. Sed noverat haec non resistere irato viro, non tantum facto, sed ne verbo quidem. Iam vero refracto et quieto, cum opportunum viderat, rationem facti sui reddebat, si

nubilis-marriageable
veluti - as
lucrari- gain
amabilis-lovable
cubilis iniurias-unfaithfulness of the husband
simultas-quarrel
castificare-make chaste

forte ille inconsideratius commotus fuerat.

Denique cum matronae multae, quarum viri mitiores erant, plagarum vestigia etiam dehonestata facie gererent, inter amica colloquia illae arguebant maritorum vitam, haec earum linguam, veluti per iocum, graviter admonens ex quo illas tabulas, quae matrimoniales vocantur, recitari audissent, tanquam instrumenta, quibus ancillae factae essent, deputare debuisse--proinde memores conditionis, superbire adversus dominos non oportere. Cumque mirarentur illae, scientes quam ferocem coniugem sustineret, numquam fuisse auditum aut aliquo indicio claruisse quod Patricius ceciderit uxorem, aut quod a se invicem vel unum diem domestica lite dissenserint, et cum causam familiariter quaererent, docebat illa institutum suum, quod supra memoravi. Quae observabant, expertae gratulabantur. Quae non observabant, subiectae vexabantur.

benevolentia...- outstanding for good will
refractus-smoothed
rationem reddere- make explanation
inconsideratius- rather unreasonably
mitis - mild
vestigium- trace
dehonestata-marred
arguere-charged
iocus-joke

ex quo..that since they had heard read the tablets called marriage tablets, they should consider them as instruments by which they were made servants: superbire - be haughty: indicium- indication: clarére- be evident: ceciderit- had struck: dissentire- differ: institutum-practice: Quae...-those who followed it, having experienced (the benefit) thanked her.

Socrum etiam suam primo susurris malarum ancillarum adversus se irritatam sic vicit obsequiis, perseverans tolerantia et mansuetudine, ut illa ultro filio suo medias linguas famularum proderet, quibus inter se et nurum pax domestica turbabatur, expeteretque vindictam. Itaque postea quam ille et matri obtemperans et curans familiae disciplinam et concordiae suorum consulens, proditas ad prodentis arbitrium coercuit, promisit illa talia de se praemia sperare debere quamcumque de sua nuru sibi, quo placeret, mali aliquid loqueretur. Nullaque iam audente, memorabili inter se benevolentiae suavitate vixerunt.

Hoc quoque illi bono mancipio tuo, in cuius utero me creasti, "Deus meus, misericordia mea" munus grande donaveras, quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, ubi poterat, tam se praebebat pacificam, ut cum ab utraque multa de invicem audiret amarissima, qualia solet eructare turgens atque indigesta discordia, quando praesenti amicae de absente inimica per acida colloquia cruditas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret.

socer- mother in law
susurrus-whisper
obsequium- compliance
mansuetudo-meekness
ultro- of own accord
medias linguas- meddling tongues
prodere-reveal
nurus-daughter in law
vindicta-vengeance
consulens-taking thought for
proditas...-restrained those who were reported, according to the wish of her who reported them: promisit...-she promised that whoever, to please her, would speak any evil of her daughter in law, should expect similar rewards from her: mancipium- servant: uterus- womb: inter dissidentes...-that among those disagreeing and any unharmonious souls whatsoever, when she could, she showed herself such a peacemaker, that although from each she heard many bitter things about the other, such as swollen and indigested discord usually belches forth, when the indigestion of hatred is breathed forth in biting words to a present friend about an absent friend, yet she never betrayed anything to one about the other except what would help to reconcile them.:

Parvum hoc bonum mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experirer, nescio-qua horrenda pestilentia peccatorum latissime pervagante, non solum iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, sed etiam quae non dicta sunt addere. Cum

tristis-sad
nescio-qua...-when some dread pestilence

contra, homino humano parum esse debeat inimicitias hominum nec exagitare nec augere male loquendo, nisi eas etiam extinguere bene loquendo studuerit, qualis illa erat, docente te, magistro intimo, in schola pectoris.

Denique etiam virum suum iam in extrema vita temporali eius lucrata est tibi, nec in eo iam fideli planxit, quod in nondum fideli toleraverat.

Erat etiam serva servorum tuorum. Quisquis eorum noverat eam, multum in ea laudabat, et honorabat, et diligebat te, quia sentiebat praesentiam tuam in corde eius, sanctae conversationis fructibus testibus. Fuerat enim "unius viri uxor, mutuam vicem parentibus reddiderat, domum suam pie tractaverat, in operibus bonis testimonium habebat." Nutrierat filios, toties eos parturiens quoties a te deviare cernebat. Postremo nobis, Domine, omnibus -- quia ex munere tuo sinis loqui-- servis tuis, qui ante dormitionem eius in te consociati vivebamus, percepta gratia baptismi tui, ita curam gessit, quasi omnes genuisset. Ita servivit, quasi ab omnibus genita fuisset.

[A. narrat quomodo ipse et mater quodam die non longe ante mortem eius, in contemplationem Dei venerant, cum incumberent ad fenestram.]

Imminente autem die, quo ex hac vita erat exitura --quem diem tu noveras, ignorantibus nobis-- provenerat-- ut credo, procurante te occultis tuis modis-- ut ego et ipsa soli staremus, incumbentes ad quamdam fenestram, unde hortus intra domum, quae nos habebat, prospectabatur, illuc apud Ostia Tiberina, ubi, remoti a turbis post longi itineris laborem, instaurabamus nos navigationi. Colloquebamur ergo soli valde dulciter "et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti", quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem - quod tu es - qualis futura esset vita aeterna sanctorum, "quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit." Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui "fontis vitae, qui est apud te" ut inde pro captu nostro aspersi, quoquo modo rem tantam cogitaremus.

of sins is wandering widely
parum- little
studére- be eager, strive
magistro-the interior teacher
plangere-wail
sanctae ...-the fruits of her holy life being the witnesses
unius:1 Tim.5,9
mutuam...-had made due return to her parents
tractare- handle, treat
nutrire-nourish
toties...-being in labor for them as often as she saw that they were deviating from you.
postremo-finally
dormitio-death
genuisset:gignere-beget
incumbere-lean
fenestra- window
imminére- be close
procurare-arrange
hortus- garden

instaurare-restore: et praeterita: Phil.3,13 : extenti- stretching ourselves towards: quam nec: 1 Cor.2,9: inhiabamus...- we were sighing with the mouth of our hearts for the waters above of your font: fontis: Ps.35, 10: ut inde...-so that being sprinkled from it, in accord with our capability, we might, in some way, think on so great a thing:

Cumque ad eum finem sermo perduceretur, ut carnalium sensuum delectatio quantalibet in quantalibet luce corporea prae illius vitae iucunditate non comparatione, sed nec commemoratione quidem digna videretur, erigentes nos ardentiore affectu in "idipsum", perambulavimus gradatim cuncta corporalia et ipsum coelum, unde sol et luna et stellae lucent super terram. Et adhuc ascendebamus interius, cogitando et loquendo, et mirando opera tua, et venimus ad mentes nostras, et transcendimus eas, ut attingeremus regionem ubertatis indeficientis, ubi "pascis Israel" in aeternum veritatis pabulo, et ubi vita sapientia est, per quam fiunt omnia ista-- et quae fuerunt, et quae futura sunt-- et ipsa non fit, sed sic est ut fuit, et sic erit semper, cum potius "fuisse" et "futurum esse"-non est in ea, sed "esse" solum, quoniam aeterna est. Nam "fuisse" et "futurum esse" non est aeternum.

Cumque...And when our conversation was led to this point (namely)that any pleasure whatsoever of bodily senses, in howsoever great a bodily light, along side of the pleasure of that life(heaven) seemed unworthy not only of comparison, but even of mention, lifting

Et dum loquimur, et inhiamus illi, attigimus eam modice, totu ictu cordis, et suspiravimus, et reliquimus ibi religatas "primitias spiritus" et remeavimus ad strepitum oris nostri, ubi verbum et incipitur et finitur. Et quid simile Verbo tuo, Domino nostro, in se permanenti sine vetustate, atque innovanti omnia?

ourselves up with more ardent feeling to the Same (God), we walked gradually (in thought and conversation)through all bodily things...: transcendere-pass beyond: ubertatis...of unfailing plenty: pascis Israel- you feed Israel:Ps.77,71: pabulum-food: et ipsa...-and it (wisdom) does not come into being, but it is as it was, and will always be thus, since"to have been" and "to be about to be" are not in it, but only "to be", since it is eternal-. (A. says that for wisdom-- and God is Wisdom-- there is no past or future, but only present). : modice-lightly: ictus-stroke: et reliquimus...- and we left bound there the "first fruits of the spirit (an experience of contemplation-- alludes to Rom. 8, 23) and returned to the sound of our mouth: vetustas- age: innovare- make new:

Dicebamus ergo: "Si cui sileat tumultus carnis, sileant phantasiae terrae, et aquarum, et aeris; sileant et poli, et ipsa sibi anima sileat et transeat se, non se cogitando;sileant somnia et imginariae revelationes, omnis lingua, et omne signum, et quidquid transeundo fit, si cui sileat omnino-- quoniam si quis audiat, dicunt haec omnia: Non ipsa nos fecimus, sed fecit nos qui manet in aeternum -- his dictis, si iam taceant, quoniam erexerunt aurem [nostram] in eum qui fecit ea, et loquatur ipse solus, non per ea, sed per seipsum, ut audiamus verbum eius, non per linguam carnis, neque per vocem angeli, nec per sonitum nubis, nec per aenigma similitudinis, sed ipsum, quem in his amamus, ipsum sine his audiamus; sicut nunc extendimus nos, et rapida cogitatione attingimus aeternam sapientiam super omnis manentem; si continuetur hoc, et subtrahantur aliae visiones longe imparis generis, et haec una rapiat et absorbeat, et recondat in interiora gaudia spectatorem suum, ut talis sit sempiterna vita, quale fuit hoc momentum intelligentiae, cui suspiravimus -- nonne hoc est: Intra in gaudium Domini tui? Et istud quando? An cum omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur?"

Dicebamus talia, et si non isto modo et his verbis, tamen, Domine, tu scis, quod illo die cum talia loqueremur, et mundus iste nobis inter verba vilesceret, cum omnibus delectationibus suis, tunc ait illa: "Fili, quantum ad me attinet, nulla re iam delector in hac vita. Quid hic faciam adhuc, et cur hic sim nescio, iam consumpta spe huius saeculi. Unum erat propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebam, ut te Christianum Catholicum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus praestitit, ut te etiam, contempta felicitate terrena, servum eius videam. Quid hic facio?"

Si cui... If for anyone the tumult of the flesh should be silent,if the phantasies of land and water and air(should be silent); if the sky... imaginariae... imaginary visions quidquid transeundo fit-whatever is transitory erexerunt...they have lifted up our ear to Him who made them sonitum nobis-nor through the sound of a cloud, nor through the darkness of a parable continuare-continue subtrahere-withdraw impar-unequal Intra: Matt.25,21 omnes resurgemus: 1 Cor.15,51-when we shall all rise,but not will be changed vilescere-become (seem) cheap: delectatio- delight: quantum ad me-- so far as I am concerned: consumpta spe- now that my hope in this world has been consumed (i.e., I no longer desire anything in this world: aliquantum immorari- delay a while: cumulatius- more abundantly:

<u>Vocabularium</u>

attingere,attigit,attactus-touch, reach   postremo-finally   lis,lite,mala-strife,lawsuit

coercére,ercuit, ercitus-compel,
coerce, restrain
erudire,4-educate, instruct
frenare,1-restrain,
bridle
lucrari,1-gain, make profit
periclitari,1-be in danger, test
prodere,didit,ditus-betray,reveal,bring forth
tractare,1-treat, handle,discuss
rationem reddere-give an
account or explanation
tristis,e,i-sad
utilis,e,i-useful

English to Latin

(Review quod substantive clauses)

1. The fact that the maidservant had warned her did not restrain her. 2. What of the fact that she will call you a drunkard? 3. As to the fact that I did this, I did it because of very good reasons. 4. He thought especially about this, the fact that she had not resisted her husband (when) angry. 5. The fact that he was an evil man was known to all.
6. What of the fact that you have become a handmaid?

Questiones discutiendae

1. Quid dicendum est de modo agendi ancillae quae conata est erudire Monicam?
2. A. dicit:"At tu, Domine... ad usus tuos contorquens profunda torrentis, fluxum saeculorum ordinate turbulentum, etiam de alterius animae insania sanasti alteram." Quomodo potest quidquam esse "ordinate turbulentum"? Quomodo potest Dominus contorquere profunda torrentis?
3. A. dicit: "qualis illa erat, docente te, magistro intimo, in schola pectoris."
In Matt. 23, 8 Christus dixit: "Unus est Magister vester." Quomodo interpretatus est A. hanc sententiam in suo libro "De Magistro". Dixitne multa vera in illo libro?
4. A. vocat Deum "idipsum"- Quomodo explicatur hic titulus? (Cf. etiam explicationem eius de Psalmo quarto.)
5. Quae revera expertus est Augustinus apud Ostia cum matre incumbens ad fenestram?
In libro qui vocatur Enneades, a Plotino, philosopho Neoplationico--quem probabiliter A. legerat -- invenimus verba valde similia verbis Augustini(cf. Enn., 5,1,2.)
Ergo possumus concludere quod Augustinus revera haec non expertus est, sed solummodo finxit, in verbis Plotini?

Lectio Decima Octava

Ad haec ei quid responderim, non satis recolo. Tum interea vix intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febribus. Et cum aegrotaret quodam die, defectum animae passa est, et paululum subtracta a praesentibus. Nos concurrimus, sed cito reddita est sensui, et aspexit astantes me et fratrem meum, et ait nobis, quasi quaerenti similis: "Ubi eram?" Deinde nos intuens moerore attonitos: "Ponetis hic, inquit matrem vestram." Ego silebam, et fletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria sua defungi tamquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans eum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens: "Vide,ait, quid dicit". Et mox ambobus: "Ponite, inquit, hoc corpus ubicumque. Nihil vos eius cura conturbet. Tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare memineritis mei ubi ubi fueritis."

decumbere-
become sick
febris- fever
aegrotare- be sick
defectum...-she suffered a fainting spell
subtractus-withdrawn
attonitus-astonished
quo- in which
peregre-abroad
reverberare-rebuke
talia saperet- had
such an attitude
ambo- both

Cumque hanc sententiam verbis, quibus poterat, explicasset, conticuit, et ingravescente morbo, exercebatur.

Ego vero cogitans dona tua, Deus invisibilis, quae immittis in corda fidelium tuorum, et proveniunt inde fruges admirabiles, gaudebam, et gratias agebam tibi, recolens quod noveram quanta cura semper aestuasset de sepulchro, quod sibi providerat, et praeparaverat iuxta corpus viri sui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat (ut est animus humanus minus capax divinorum) adiungi ad illam felicitatem, et commemorari ab hominibus concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut coniuncta terra amborum coniugum terra tegeretur.

Quando autem ista inanitas plenitudine bonitatis tuae coeperat in eius corde non esse, nesciebam, et laetabar admirans, quod sic mihi apparuisset, quamquam et illo sermone nostro ad fenestram, cum dixit: "Iam quid hic facio?" non apparuit desiderare in patria mori. Audivi etiam postea quod iam cum Ostiis essemus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebatur quodem die de contemptu vitae huius, et bono mortis, ubi ipse non aderam. Illisque stupentibus virtutem feminae, quam tu dederas ei, quaerentibusque utrum non formidaret tam longe a sua civitate corpus relinquere: "Nihil, inquit, longe est Deo. Neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine saeculi, unde me resuscitet." Ergo die nono aegritudinis suae, quinquagesimo et sexto anno aetatis suae, trigesimo et tertio aetatis meae, anima illa religiosa et pia corpore soluta est.

Premebam oculos eius. Et confluebat in praecordia mea moestitudo ingens, et transfluebat in lacrimas, ibidemque oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum usque ad siccitatem, et in tali luctamine valde male mihi erat. Tum vero ubi efflavit extremum spiritum, puer Adeodatus exclamavit in planctu, atque ab omnibus nobis coercitus tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile, quod labebatur in fletus, iuvenili voce cordis, coercebatur, et tacebat. Neque enim decere arbitrabamur funus illud quaestibus lacrimosis gemitibusque celebrare, quia his plerumque solet deplorari quaedam miseria morientium, aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc et documentis morum eius, et "fide non ficta" rationibusque certis tenebamus.

ubicumque- anywhere
conturbare-disturb
ubi ubi-wherever
exercebatur- she was tried(by the sickness)
fruges- fruits
concorditer- harmoniously
ut- inasmuch as
minus capax-less receptive to
ut coniuncta...that the earthly part of both spouses be covered by the same earth
inanitas-emptiness
resuscitare-raise up
confluebat...-and an immense sadness flowed into my heart
resorbere-reabsorb
siccitas- dryness
luctamen- struggle
efflare-breathe
planctus- wail
Hoc modo...- In this way also something puerile in me,which, was slipping into tears,was restrained by the youthful voice of the heart, and was silent.
funus-funeral
quaestus-plaints

lacrimosus-tearful: deplorari- bewail: omnimodus- total: fide: 1 Tim.1, 5:

Quid erat ergo quod intus mihi graviter dolebat, nisi ex consuetudine simul vivendi dulcissima, et carissima repente disrupta vulnus recens? Gratulabar quidem testimonio eius, quod in ea ipsa ultima aegritudine obsequiis meis interblandiens appellabat me pium, et commemorabat grandi dilectionis affectu numquam se audisse ex ore meo iaculatum in se durum aut contumeliosum sermonem, Sed tamen quid tale, Deus meus, qui fecisti nos, quid comparabile habebat honor a me delatus illi, et servitus ab illa mihi? Quoniam itaque deserebar tam magno eius solatio, sauciabatur anima mea, et quasi dilaniabatur vita, quae una facta erat ex mea et illius.

Cohibito ergo a fletu illo puero, psalterium arripuit Evodius, et cantare coepit psalmum, cui respondebamus omnis domus:

nisi ex...-if not a fresh wound from a most sweet and dear habituation to living together, which was suddenly broken off
gratulari-be thankful
obsequiis...speaking kindly of my assistance
iaculare-hurl
contumeliosus- insulting

"Misericordiam et iudicium cantabo tibi Domine." Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religiosae feminae, et de more, illis, quorum officium erat, funus curantibus, ego in parte, ubi decenter poteram, cum eis qui me non deserendum esse censebant, quod erat tempori congruum disputabam, eoque fomento veritatis mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus et intente audientibus et sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem affectus mei, et constringebam fluxum moeroris, cedebatque mihi paululum, rursusque impetu suo ferebatur, non usque ad eruptionem lacrimarum, nec usque ad vultus mutationem. Et quia mihi vehementer displicebat tantum in me posse haec humana, quae ordine debito et sorte conditionis nostrae accidere necesse est, alio dolore dolebam dolorem meum, et duplici tristitia macerabar.

Cum ecce corpus elatum est, imus et redimus sine lacrimis. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum tibi offerretur pro ea sacrificium pretii nostri, iam iuxta sepulchrum posito cadavere priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego flevi, sed toto die graviter in occulto moestus eram, et mente turbata rogabam te, ut poteram, quo sanares dolorem meum. Nec faciebas, credo, commendans memoriae meae vel hoc uno documento omnis consuetudinis vinculum, etiam adversus mentem quae iam non fallaci verbo pascitur. Visum etiam mihi est ut irem lavatum, quod audieram inde balneis nomen inditum, quia Graeci βαλανεῖον dixerunt, quoniam anxietatem pellat ex animo. Ecce et hoc confiteor misericordiae tuae, "Pater orphanorum", quoniam lavi, et talis eram qualis priusquam lavissem. Neque enim exsudavit de corde meo moeroris amaritudo.

comparabilis- comparable
sauciare- wound
dilaniare- rend apart
cohibére-restrain
Misericordiam: Ps. .100,1
Audito quid ageretur- when it was heard what was happening
de more-according to custom
disputare-discuss
eoque...and with this bandage of truth I (tried to) soften the torment known to you(impf.tense can mean"try to")
mollities-softness
constringabam...-I tried to restrain the flow of grief, and it yielded to me a little
eruptio-breaking forth
mutatio- change
sors- lot

macerare-torment: moestus- sad: ut -as: quo-that: vel...-at least by this one instruction: fallax-deceptive : lavatum- to bathe(supine for purpose): quod... because I had heard that the name balneum was given to baths (for the Greeks call it balaneion-"cast-out-grief") Pater: Ps.67,6 : quoniam-that: exsudare-sweat out: amaritudo- bitterness:

Deinde dormivi et vigilavi, et non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum, atque, ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii tui. Tu es enim

Deus creator omnium
Polique rector, vestiens
Diem decoro lumine,
Noctem soporis gratia,
Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui;
Mentesque fessas allevet,
Luctusque solvat anxios.

Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum ancillam tuam, conversationemque eius piam in te et sanctam, in nos blandam atque morigeram, qua subito destitutus sum. Et libuit flere in conspectu tuo de illa et pro illa, de me et pro me. Et dimisi lacrimas quas continebam, ut effluerent quantum vellent substernens eas cordi meo, et requievi in eis, quoniam ibi erant aures tuae, non cuiusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum.

mitigare-soften
veridicus-truthful
Polique... and ruler of the sky, clothing the day with splendid light, the night with the favor of sleep,so that rest might return to the service of work the limbs that have been relaxed, and may relieve wearied minds, and dissolve anxious griefs.
Atque inde... and thereafter I recovered my former thoughts on your handmaid, and her

life,devoted and holy towards you, and pleasant and considerate towards us,of which I was suddenly deprived.: libuit- it pleased me: quantum - as much as: substernens eas... putting them beneath my heart (like a pillow) : ploratus-weeping:

Et nunc, Domine,confiteor tibi in litteris. Legat qui volet, et interpretur ut volet. Et si peccatum invenerit flevisse me matrem exigua parte horae, matrem oculis meis interim mortuam, quae me multos annos fleverat, ut oculis tuis viverem, non irrideat, sed potius, si est grandi caritate, pro peccatis meis fleat ipse ad te, Patrem omnium fratrum Christi tui.

Ego autem iam sanato corde ab illo vulnere, in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi, Deus noster, pro illa famula tua longe aliud lacrimarum genus, quod manat de concusso spiritu, consideratione periculorum omnis animae, quae "in Adam moritur". Quamquam illa in Christo vivificata, etiam nondum a carne resoluta, sic vixerat, ut laudetur nomen tuum in fide moribusque eius, non tamen audeo dicere ex quo eam per baptismum regenerasti nullum verbum exisse ab ore eius contra praeceptum tuum. Et dictum est a Veritate, Filio tuo: "Si quis dixerit fratri suo 'Fatue', reus erit gehennae ignis." Et vae etiam laudabili vitae hominum, si, remota misericordia, discutias eam! Quia vero omnino non exquiris delicta vehementer, fiducialiter speramus aliquem apud te locum. Quisquis autem tibi enumerat vera merita sua, quid tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se omnes homines, et "qui gloriantur, in Domino glorientur!"

Et si...-And if he finds it a sin...that I wept for my mother for a small part of an hour
irridére-laugh
redarguere-convict
manare- flow
in Adam:1 Cor.15,22
vivificatus- made alive(baptized)
a carne resoluta-freed from the flesh
ex quo- since the time when
regenerare-restore
Si quis: Matt.5,22
Fatue..."fool", he will be liable to the hell of fire.
vae-woe

exquirire-search out: enumerare-count up: qui gloriantur:2 Cor.10,17 :

Ego itaque,"laus mea" et vita mea, "Deus cordis mei" sepositis paulisper bonis eius actibus, pro quibus tibi gaudens gratias ago, nunc pro peccatis matris meae deprecor te. Exaudi me per medicinam vulnerum nostrum, quae pependit in ligno, et "sedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis." Scio misericorditer operatam, et "ex corde dimisisse debita debitoribus" suis. Dimitte illi et tu debita sua, si qua etiam contraxit per tot annos post aquam salutis. Dimitte, Domine, dimitte, obsecro. "Ne intres" cum ea "in iudicium. Superexaltet misericordia iudicium," quoniam eloquia tua vera sunt, et promisisti "misericordiam misericordibus." Quod ut essent, tu dedisti eis, qui "misereberis, cui misertus eris, et misericordiam praestabis, cui misericors fueris."

laus mea: Ps.117, 14;72,26
seponere-put aside
paulisper-for awhile
quae pependit-which hung on the tree (Christ on Cross)
sedens: Rom.8,34
interpellere-intercede
operari- work
ex corde: Matt.18,35
post aquam...-after

Baptism : Ne intres: Ps.142,2: superexaltare-exalt greatly: eloquium-saying: misericordiam: Matt.5,7: Quod ut essent...-That they might be this(merciful), you gave them (i.e.,you gave them the grace of being merciful) : misereberis : Rom.9,15--St Paul is really speaking of God's action in giving the privilege of being a member of His chosen race--not of His mercy, given to all, for eternal salvation. A. uses it here in an applied, not a literal sense, to indicate that God's mercy is not given because we deserve it, but simply out of His generosity.

Et credo iam feceris quod te rogo, sed "voluntaria oris mei approba, Domine,"

Namque illa, imminente die resolutionis suae, non cogitavit suum corpus sumptuose contegi, aut condiri aromatibus, aut

voluntaria...accept the free offerings of my mouth: Ps.118,108

monumentum electum concupivit, aut curavit sepulchrum patrium. Non ista mandavit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desideravit, cui nullius diei praetermissione servierat, unde sciret dispensari victimam sanctam, qua "deletum est chirographum quod erat contrarium nobis," qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, et quaerens quid obiciat, et nihil inveniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentem sanguinem? Quis ei restituet pretium quo nos emit, ut nos auferat ei? Ad cuius pretii nostri sacramentum ligavit ancilla tua animam suam vinculo fidei.

Nemo a protectione tua disrumpat eam. Non se interponat nec vi nec insidiis "leo et draco". Neque enim respondit illa nihil se debere, ne convincatur et obtineatur ab accusatore callido. Sed respondebit dimissa debita sua ab eo, cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit.

resolutio-death
non cogitavit...-did not plan that her body be richly dressed dressed or embalmed with spices
nullius...-in passing by no day
dispensare-dispense
deletum...-the hand-writing that was against us has been destroyed:Col.2,14
triumphare-conquer

computare-count up: quaerens...-seeking something to charge: refundere-restore: disrumpere- tear away: interponere-put in between: leo...-the lion and dragon (devil):Ps. 90,13 : obtinere-hold: callidus-clever: cui nemo...-to whom no one will pay back that which he paid for us, though He owed nothing.:

Sit ergo in pace cum viro, ante quem nulli, et post quem nulli nupta est; cui servivit, "fructum tibi afferens cum tolerantia", ut eum quoque lucraretur tibi. Et inspira, Domine Deus meus, inspira servis tuis, fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus et voce et corde et litteris servio, ut quotquot haec legerint, meminerint ad altare tuum Monicae famulae tuae, cum Patricio quondam eius coniuge, per quorum carnem introduxisti me in hanc vitam, quemadmodum nescio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum in hac luce transitoria, et fratrum meorum sub te patre in matre Catholica, et civium meorum in aeterna Ierusalem, cui suspirat peregrinatio populi tui ab exitu usque ad reditum: ut quod a me illa poposcit extremum, uberius ei praestetur in multorum orationibus tam per confessiones quam per orationes meas.

nubere- marry
fructum:Luke 8,15
quotquot- as many as
quemadmodum-how (A. did not know if the soul was derived from parents, or was created by God)
transitorius-passing
aeterna Ierusalem: heaven
peregrinatio-pilgrimage: poposcit-asked: uberius- more abundantly: confessio- praise:

Vocabularium

cohibere,hibuit,hibitus-restrain,tame
constringere,strinxit,strictus-bind together,restrain, compress
destituere,stituit,stitutus-deprive of, desert
macerare,l-macerate,torment
manare,l-flow,trickle,drip
poscere,poposcit-demand, ask
sauciare,l-wound
seponere,posuit,positus-put aside,separate
subtrahere,traxit,tractus-withdraw

paululum-a little

attonitus,a,um-thunderstruck, astonished
carus,a,um-dear
exiguus,a,um-slight,scanty, little

English to Latin
(Review independent uses of subjunctive)

1. May all her sins be forgiven to her, and may she rest in the Lord. 2. Let us not grieve excessively over her death. 3. Someone may say that the fact that he wept was a sin. 4. I wish that he had not said that. 5. What shall we do without her? 6. I would like to help him: I wish I were able to do it.

Quaestiones discutiendae

1. A. conatur explicare moestitiam suam in morte matris dicens: "Quid erat ergo quod intus mihi graviter dolebat, nisi ex consuetudine simul vivendi dulcissima, et carissima repente disrupta vulnus recens?" Invenitne veram explicationem?
2. A. videtur putare bonum Christianum non debere flere mortem carorum suorum. Estne sententia haec vera? (Cf.Evangelium secundum Ioannem,11,35 et verba S. Augustini ipsius: Sermones 173,2,2: "Potest non dolere cor humanum defuncto carissimo. Melius tamen cum dolet sanatur cor humanum, quam non dolendo fit inhumanum. Maria Domino cohaerebat, et mortuum fratrem dolebat. Sed quid miraris quia Maria dolebat tunc, cum ipse Dominus flebat? Movere autem quemvis potest, quomodo flebat mortuum, se continuo iubente victurum."
3. Quae est vera explicatio psychologica experientiae S. Augustini tempore mortis matris?

Lectio Decima Nona

Marcus Tullius Cicero, orator egregius, natus est ad parvum oppidum, Arpinum, in media parte Italiae, in Latio ipso. Fere in eodem oppido natus erat imperator magnus, sed malus, Marius, qui in bello civili cum Sulla pugnaverat. Cicero natus est die tertia mensis Ianuarii anni centesimi sexti ante Christum--sex annis ante Caesarem. Pater Ciceronis multam pecuniam habuit, sed non erat ex nobilitate senatoria--erat enim ex ordine equestri. Tres erant classes civium Romanorum illo tempore: plebs, equites, et viri ordinis senatorii. Quia Marcus et frater eius Quintus magnopere desiderabant studere, et videbantur esse pueri non parvi ingenii, missi sunt a patre Romam. Ibi optimos magistros audierunt, inter quos erat poeta quidam qui vocatus est Archias. Pro Archia postea Cicero orationem claram habuit. Marcus etiam audivit claros oratores in foro, et scientiae iuris studuit, sub cura Mucii Scaevolae, qui erat maximus inter legisperitos illius temporis, et pontificis Scaevolae. In Bello Sociali (anno 89) erat in exercitu Romano sub consule Gnaeo Pompeio Strabone.

Post bella civilia inter Marium et Sullam, Cicero coepit orationes in foro habere. Prima oratio quam habemus ab eo habita est anno 81 ante Christum, pro Quinctio. Sed proximo anno clarus esse coepit ob orationem quam habuit pro Sexto Roscio. Quia Roscius erat inimicus Sullae, alii oratores timuerunt defendere eum. Cicero autem eum defendere ausus est, et Roscius crimine absolutus est.

Sed prudentia suasit ut discederet urbe post haec, propter iram Sullae. Ergo, dicens se malam valetudinem pati, in Graeciam navigavit. Ibi egregios magistros audivit, praesertim Apollonium Molonem, in insula Rhodo, maximum magistrum rhetoricae artis (Caesar etiam studuit sub eo). Anno septuagesimo septimo Romam reversus est, post mortem

magnopere-greatly
studére(w.dat.)-study
legisperitus-expert in law
pontifex-priest
absolvere-acquit
valetudo-health
quaestor-quaestor
praetor-praetor
ultro-of own accord

aedilis curulis-curule aedile
favére(w.dat.)-favor
Rostra- the Rostra (speakers' platform)
plausus-applause
triumviratus-triumvirate
cessit-withdrew

Sullae. In Graecia etiam factus est amicus Pomponii Attici, qui per reliquam vitam remansit ei amicissimus.

Romae iterum orationes in foro habuit, et nonnulla officia publica exercuit: erat quaestor in Sicilia anno 75. Anno 70 orationes contra Verrem habuit. Hic fuerat praetor in Sicilia et multa mala ibi fecerat. Maximus orator urbis, Hortensius, Verrem defendebat. Nihilominus, prima oratione Ciceronis audita, Verres ultro in exsilium discessit. Sed Cicero adhuc alias orationes contra Verrem scripsit. Hoc modo factus est fere orator clarissimus in urbe. Anno 69 erat aedilis curulis, sed anno 66 erat praetor. Hoc anno orationem clarissimam pro lege Manilia habuit, qua lege Pompeius factus est imperator contra Mithradatem.

Anno 64 Cicero electus est consul pro proximo anno quamquam erat "novus homo", id est, vir cuius maiores tale officium numquam habuerant. Illo anno 63 fregit coniurationem Catilinae, effecitque ut Catilina ex urbe discederet clara oratione, quam mox lecturi sumus.

In consulatu suo, Cicero multos offenderat: amicos suos veteres ex ordine populari, quos fere deseruerat postquam factus est consul, quia tunc in ordinem senatorium ascenderat, et quia voluit, sicut dicebat, efficere "concordiam ordinum" equestris et senatorii. Insuper, quia coniuratores interfici iusserat sine iudicio coram populo, multi quia saltem secreto coniurationi faverant, facti sunt inimici Ciceroni. Itaque ultimo die consulatus cum Cicero vellet Rostra in foro ascendere ad reddendam rationem consulatus sui, quidam tribunus, Metellus nomine, eum prohibere conatus est, dicens magistratum qui cives Romanos sine iudicio publico interfecisset, non debere in tali loco orationem habere. Insuper, anno 62, Cicero vehementer offendit Clodium, qui profanaverat sacra "Bonae Deae" et voluerat dicere se revera alibi fuisse. Cicero eum dixisse mendacium probavit. Clodius ergo, postquam tribunus plebis electus est, legem proposuit qua Cicero in exsilium ire coactus est. Lex enim iussit exsilium pro omnibus qui cives Romanos sine iudicio publico interfici iusserant. Cicero ergo in exsilium discessit, ibique remansit fere annum unum. Anno 57 revocatus est inter plausus populi. Sed videns se non posse resistere primo triumviratui, fere cessit e vita publica.

In bello civili inter Caesarem et Pompeium, in castris Pompeii remansit, fereque nihil fecit. Post bellum Caesar ei ignovit, sed Cicero non voluit in vita publice remanere. Scripsit ergo nonnulla opera philosophica. Post mortem Caesaris, Cicero per paucos menses iterum potestatem habuit, fuitque fere dux ordinis senatorii. Hoc tempore xiv orationes vehementes contra Marcum Antonium habuit. Hanc ob causam Antonius, postquam factus est triumvir, Ciceronem decollari in proscriptionibus iussit. Mortuus est ergo die 7 Decembris, anno 43.

De coniuratione Catilinae

Primo anno de hac coniuratione legimus. Sed bonum erit facta praecipua recolere.

Lucius Sergius Catilina quamquam ex antiqua familia patriciana natus est, magno aere alieno gravatus est. In iuventute sua, Sullam secutus est, Anno 66 consulatum petivit, sed reiectus est propter accusationes corruptionis in provincia in qua propraetor fuerat. Coniurationem ergo fecit ut interficeret novos consules die prima Ianuarii anni 65. Coniuratio patefacta est.

Annis 64 et 63 Catilina iterum consulatum petabat, iterumque non est electus. Fecit ergo aliam coniurationem. Unus ex sociis eius, Manlius, exercitum in Etruria conscripsit, praecipue ex veteranis Sullae. Catilina ipse paravit ut, certo die, multi coniuratores ignes accenderent in variis urbis partibus, urbemque ipsam caperent, die 27 Octobris. Cicero de coniuratione omnia didicit per Fulviam, quae erat amica Curii, unius ex coniuratoribus. His

praecipuus-chief
aes alienum-debt
gravare-burden
patefacere-expose
praecipue-especially
consultum ultimum-final decree
Iovis Statoris-- of Juppiter the Stayer (who was said to have "stayed" the retreat of the Romans before the Sabines. So Romulus vowed a temple--not built till 294 BC)

rebus in senatu patefactis die 21 Octobris, Cicero senatum induxit ut consultum ultimum daret contra coniuratores. Die 6 Novembris Catilina consilium fecit ut Ciceronem ipsum occideret. Cicero autem haec omnia sciens per Fulviam, senatum vocavit in templum Iovis Statoris, die 7 Novembris. Adhuc non poterat omnia contra Catilinam in foro probare Ergo, oratione callida, persuasit Catilinae se plus posse quam revera potuit, ita ut Catilina ex urbe discederet, cum multis sociis.

callidus-clever
plus posse- able to do more

Sed nunc, ad ipsam orationem Ciceronis procedamus.

Marci Tulli Ciceronis in Lucium Catilinam Oratio Prima, in Senatu Habita

[Catilina! Quamdiu facturus es malum usum patientiae nostrae? Nonne multa te movent--nocturnum praesidium in colle Palatino, vigiliae urbis, timor populi, et alia? Nescis quod consilia tua omnia nobis nota sunt? Sed, nihilominus, quamquam senatus et consul haec sciant, tu vivis! Et audes in senatum ipsum venire, et nova consilia contra omnes nos facere!]

Quo usque, tandem, abutere, Catilina, patientiā nostrā? Quamdiu etiam furor iste tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata iactabit audacia? Nihilne te nocturunum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora vultusque moverunt? Patere tua consilia non sentis? Constrictam iam, horum omnium scientia, teneri coniurationem tuam non vides? Quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi fueris, quos convocaveris, quid consili ceperis - quem nostrum ignorare arbitraris?

O tempora! O mores! Senatus haec intelligit . Consul videt--hic tamen vivit. Vivit? Immo vero etiam in senatum venit. Fit publici consili particeps. Notat et designat, oculis, ad caedem unum quemque nostrum. Nos autem, fortes viri, satis facere rei publicae videmur, si istius furorem ac tela vitamus.

collis-hill
vigilia-guard
Quo usque- how long
tandem- I ask(gives a tone of impatience)
abutere: for Abuteris, future of abuti(w.abl.) -abuse
iste tuus-that of yours (gives tone of contempt--this combination appears often in this speech)
eludere-mock,elude
effrenatus-unbridled
sese... iactare-hurl itself
audacia-boldness
Nihilne: same as: nonne

Palati-on the Palatine hill: concursus-gathering: habendi senatus- for holding the senate: horum ora vultusque-the expressions on the faces of these (senators): patére-lie open, be exposed: Constrictam...-Do you not see that your conspiracy is now held bound by the knowledge of all these(senators)? : proxima- last (night): superiore-(night)before last: quid consili- what plan: arbitrari- think: Immo vero- even, furthermore: particeps-partaker: Notat et designat...-He observes and marks out with his eyes, each one of us for slaughter: Nos autem: said sarcastically: telum- weapon: vitare- shun, dodge:

Vocabularium

favére,favit,fautus(w.dat.)-favor
patefacere,fecit,factus-bring into open, expose
vitare,l-avoid,escape,dodge

magnopere-greatly, very much
tandem- I ask, tell me (gives impatient tone)

audacia,a-boldness
particeps,cipe-sharing in
praecipue-principally,chiefly
praecipuus,a,um-principal, chief
telum,o-weapon,shaft

Pattern Practice

Cicero is especially fond of periodic sentences, that is, sentences with several balancing sidetracks. We have already had much practice on this type of sentence in the past two years. But now, before reading Cicero's examples of them, let us have a little warm up by

giving the usual type of comments at the slanting lines in the following.

Ciceronem/, quem/ cives Romani/, quamquam/ ille/ novus homo/ erat/,elegerant/ consulem/, conatus est/ interficere/ Catilina/. Temporibus Sullae/, qui/ in proscriptionibus/ multos/, quia/ amici Mari/ erant/, occiderat/, in proscriptionibus ipsis/ auxilium/ dederat/ Catilina/. Quamquam/ tali viro malo/, qui/ potestatem/ senatus corrupti/ maiorem fecit/, olim faverat/, nunc/ eundum senatum/, quem/ olim adiuverat/, non amavit/ vir pessimus/ Catilina. Multis senatoribus/ igitur/ et praecipue/ Ciceroni/, qui/ coniurationis/, quia/ Romam/ vere amabant/, inimici erant/, mortem/ parare voluit/ idem Catilina/. Ciceronem ipsum/ haec/ non sentientem/, domi suae/, antequam/ coniurationem/ delere posset/, Catilina/ occidere voluit/.

English to Latin

(Review objective-infinitive indirect discourse)

1. Cicero said that Catiline ought to be moved by the guards on the Palatine. 2. He says that Cataline is marking out for slaughter by a glance each one of those senators who are present. 3. Cicero said that although(use quamquam) Catiline did not know it, his conspiracy was already held bound by the knowledge of all those who were in the senate. 4. Cataline said that he would kill Cicero soon. 5. Cicero says that the consul will not do enough for the state if he saves himself.

Quaestiones discutiendae

1. Saepe legimus quod senatus consultum ultimum fere idem erat ac "lex martialis" nostris temporibus. Estne hoc omnino verum?
2. Senatus in diebus Ciceronis non poterat legem stricto sensu ferre. Quomodo ergo potuit tantam dare consuli potestatem?
3. Quare vocavit Cicero senatum in templum Iovis et non in Curiam?
4. Ubi erat collis Palatinus? Quare domus magnifica nunc vocatur "Palatium"?

Lectio Vigesima

[Revera, Catilina iam pridem interfici debuit. In temporibus antiquis, saepe tales viri mali interfecti sunt, etiam a civibus privatis, e.g., P. Scipio Tiberium Gracchum interfecit, et C. Servilius Ahala occidit Spurium Maelium. Nos consules non facimus id quod debemus.]

Ad mortem te, Catilina, duci, iussu consulis, iam pridem oportebat, in te conferri pestem quam tu in nos omnis iam diu machinaris.

An vero vir amplissimus P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit -- Catilinam, orbem terrae caede atque incendiis vastare cupientem nos consules perferemus?

Nam illa nimis antiqua praetereo, quod C. Servilius Ahala, Spurium Maelium, novis rebus studentem, manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac re publica virtus, ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum quam acerbissimum hostem coercerent. Habemus senatus consultum in te, Catilina, vehemens et grave. Non deest rei publicae consilium, neque auctoritas huius ordinis. Nos, nos--dico aperte--consules desumus!

[Temporibus antiquis, senatus saepe consultum ultimum dedit. Statim consules fecerunt id quod debebant facere: statim occisi sunt Gaius Gracchus, et Marcus Fulvius. Similiter in aliis casibus.

iam pridem- now for a long time
iussu- by order
pestis-ruin
omnis: same as omnes
iam diu-already for a long time
machinari-contrive
An vero...-Or did Scipio...--(but)shall we consuls endure...?
mediocriter-somewhat
labefactare- make to totter
status-condition
res publica-state
caedes-slaughter
incendium-fire
novas res-revolution

Sed nos iam viginti dies habemus tale decretum, et nihil facimus!]

Decrevit quondam senatus uti Lucius Opimius consul videret ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit. Interfectus est, propter quasdam seditionis suspiciones, Gaius Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus. Occisus est, cum liberis, Marcus Fulvius, consularis.

Simili senatus consulto, Gaio Mario et Lucio Valerio consulibus, est permissa res publica. Num unum diem postea Lucium Saturninum, tribunum plebis, et Gaium Servilium, praetorem, mors ac rei publicae poena remorata est?

studére (w.dat.)- be eager for
perniciosus- dangerous
acerbus- harsh
in te - against you
huius ordinis- of this body(the senate)
intercedere-intervene

Clarissimo...-from (descended from) a most famous... : avus-grandfather : consularis- of consular rank: permittere-entrust to: Num: expects answer "no" -- It did not keep him waiting, did it? : Praetor-praetor: remorari- delay, keep waiting:

At vero nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis! Habemus enim eiusmodi senatus consultum, verum, inclusum in tabulis, tamquam in vagina reconditum. Quo ex senatus consulto confestim te interfectum esse, Catilina, convenit. Vivis, et vivis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam.

Cupio, patres conscripto, me esse clementem. Cupio in tantis rei publicae periculis non dissolutum videri; sed iam me ipse inertiae nequitiaeque condemno.

[Scio, Catilina, te habere exercitum in Etruria. Quare ergo te comprehendi non iubeo? Certe nemo diceret me esse crudelem. Sed vives quamdiu quisquam erit qui te defendere audeat--sed vives sub oculis multorum virorum bonorum, qui sciunt omnia quae facis, ne possis malum facere.]

Castra sunt in Italia contra populum Romanum, in Etruriae faucibus collocata. Crescit in dies singulos hostium numerus. Eorum autem castrorum imperatorem ducemque hostium intra moenia -- atque adeo in senatu videtis, intestinam aliquam cotidie perniciem rei publicae molientem.

Si te, iam Catilina, comprehendi, si interfici iussero, credo, erit verendum mihi ne non hoc potius omnes boni serius a me, quam quisquam crudelius factum esse dicat. Verum ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa de causa nondum adducor ut faciam. Tum denique interficiere, cum iam nemo tam improbus, tam perditus, tam tui similis inveniri poterit, qui id non iure factum esse fateatur.

Quamdiu quisquam erit qui te defendere audeat, vives. Et vives ita ut nunc vivis--multis meis et firmis praesidiis obsessus, ne commovere te contra rem publicam possis. Multorum te etiam oculi et aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.

Etenim quid est, Catilina, quod iam amplius exspectes? Si neque nox tenebris obscurare coetus nefarios, nec privata domus parietibus continere voces coniurationis tuae potest, si illustrantur, si erumpunt omnia? Muta iam istam mentem! Mihi crede! Obliviscere caedis atque incendiorum! Teneris undique. Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia, quae iam mecum licet recognoscas!

hebescere-grow dull
acies- edge
eiusmodi- of this sort
vagina-scabbard (the decree is compared to an unused sword)
recondere-hide
convenit- it is proper
dissolutus- lax
inertiae...- I now condemn myself(on a charge of) culpable laziness (see questiones discutiendae)
fauces-jaws,passes
in dies singulos- day by day
moenia-city walls
adeo- even
intestinus- internal
pernicies-danger
moliri- plan
credo...-I suppose (in sarcastic tone) I will have to fear, not that all good men will rather(say) it was done too late by me, but that(than that) someone may say it was done too cruelly!
denique-finally

interficiere: interficieris: perditus- depraved: tui similis- like you: iure-rightly: fateri- confess: obsessus-blocked: speculari, watch: coetus nefarios- wicked meetings: paries- house wall: illustrari- come to light: undique - on all sides: licet...- it is permitted that you review (note omission of ut):

Vocabularium

fateri,fassus est- confess
machinari,1-plan, contrive
moliri,molitus est- build,plan, try
speculari,atus est-look at

adeo-so, so much, to such a degree, in fact
in dies(singulos) -day by day, daily

caedes,i,magna-slaughter, bloodshed
pernicies,e(5)-danger
perniciosus,a,um-dangerous
pestis,i,mala-plague, destruction, curse

English to Latin

(Review uses of possessive:possession, description, of whole, with adjectives, of the charge, of characteristic)

1. Cicero seems to be a man of great courage. 2. But he says that he condemns himself on a charge of culpable inactivity. 3. As long as there is anyone like him, Catiline will be allowed to live. 4. He fears no one of these men. 5. Cicero says that there is no good in him. 6. It is the part of a good consul to act vigorously.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit P. Scipionem fuisse virum "privatum". Sed revera erat pontifex maximus. Quomodo explicatur?
2. Cicero etiam dicit quod Gracchi labefactabant rem publicam? Estne hoc verum?
3. Estne verum quod Lucius Opimius consul interfecit Gaium Gracchum?
4. Cicero dicit "me ipse inertiae nequitiaeque condemno." Verba "inertiae nequitiaeque" formant figuram rhetoricam quae vocatur "hendiadys". In hac figura, duo nomina adhibentur, sed habent eundum sensum ac unum nomen cum uno adiectivo. Habemus talem figuram in lingua Anglica? Habemus aliquid simile? Quare Cicero tali figura utitur, et non simpliciter utitur nomine et adiectivo?
5. Cicero dicit, "Nam illa nimis antiqua praetereo"-- et revera non praeterit. Quomodo explicatur?

Lectio Vigesima Prima

[In ultima parte orationis, Cicero invitaverat Catilinam recognoscere secum ea quae ipse (Catilina) fecerat in coniuratione. Nunc consilia coniurationis patefacit: Manlius futurus erat in armis, in senatu, die 27 Octobris. Catilina interfecturus erat multos nobiles die 28 Octobris, et capturus erat oppidum Praeneste die 1 Novembris.]

Meministine me ante diem xii Kalendas Novembris dicere in senatu fore in armis certo die(qui dies futurus esset ante diem vi Kalendas Novembris) Gaium Manlium, audaciae satellitem atque administrum tuae? Num me fefellit, Catilina, non modo res tanta, tam atrox tamque incredibilis, verum-- id quod multo magis est admirandum--dies? Dixi ego idem in senatu, caedem te optimatium contulisse in ante diem v Kalendas Novembris, tum cum multi principes civitatis Roma non tam sui conservandi, quam

recognoscere- review
ante diem...-Oct.21
fore: futurum esse
ante diem vi..-Oct.27
satelles-accomplice
administer-helper
atrox-dreadful
optimates-nobles
conferre in- postpone to
ante diem v-Oct-28
non tam..-not so much to save

tuorum consiliorum reprimendorum causa profugerunt. Num infitiari potes te illo ipso die, meis praesidiis, mea diligentia circumclusum, commovere te contra rem publicam non potuisse, cum tu discessu ceterorum, nostra tamen qui remansissemus caede contentum te esse dicebas? Quid? Cum te Praeneste Kalendis ipsis Novembribus occupaturum nocturno impetu esse confideres, sensistin illam coloniam meo iussu, meis praesidiis, custodiis, vigiliis esse munitam?

Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod non ego non modo audiam, sed etiam videam, planeque sentiam.

[Cicero explicat consilia alia Catilinae: Priore nocte, in domum Marci Laecae, congregavit multos coniuratores. Aderant etiam quidam senatores! Consilia fecerunt ut quidam deberent partes quasdam Italiae tenere, quidam deberent Romae remanere, quidam deberent partes certas urbis incendere, et duo equites deberent Ciceronem ipsum interficere in lecto suo!]

Recognosce mecum, tandem, noctem illam superiorem. Iam intelleges multo me vigilare acrius ad salutem, quam te ad perniciem rei publicae. Dico te priore nocte venisse inter falcarios -- non agam obscure -- in Marci Laecae domum; convenisse eodem compluris eiusdem amentiae scelerisque socios. Num negare audes? Quid taces? Convincam si negas. Video enim esse hic in senatu quosdam qui tecum una fuerunt!

themselves, as to
reprimere-repress
infitiari- deny
circumclusus - shut in
commovere te- bestir yourself

discessus-departure
nostra...-you said you would be content with the slaughter of us who remained
Kalendis ipsis- on the 1st of Nov.
sensistin:sensistine
lectus- bed
superior-previous
vigilare- watch
acrius-more keenly
inter falcarios-into Scythemakers' Street

agere-discuss: convenisse- met: compluris- many(-is for -es) :amentia-insanity: una-together:

O di immortales! Ubinam gentium sumus? Quam rem publicam habemus? In qua urbe vivimus? Hic, hic sunt -- in nostro numero -- patres conscripti, in hoc orbis terrae sanctissimo gravissimoque consilio, qui de nostro omnium interitu, qui de huius urbis, atque de orbis terrarum exitio cogitent. Hos ego video consul, et de re publica sententiam rogo. Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero!

Fuisti, igitur, apud Laecam illa nocte, Catilina. Distribuisti partis Italiae. Statuisti quo quemque proficisci placeret. Delegisti quos Romae relinqueres, quos tecum educeres. Discripsisti urbis partis ad incendia. Confirmasti te ipsum iam esse exiturum. Dixisti paulum tibi esse etiam nunc morae, quod ego viverem. Reperti sunt duo equites Romani qui te ista cura liberarent, et se illa ipsa nocte, paulo ante lucem, me in meo lecto interfecturos esse pollicerentur.

Haec ego omnia, vixdum etiam coetu vestro dimisso, comperi. Domum meam maioribus praesidiis munivi atque firmavi. Exclusi eos quos tu ad me salutatum mane miseras, cum illi ipsi venissent quos ego iam multis ac summis viris ad me id temporis venturos esse praedixeram.

[Cicero hortatur Catilinam: discedat ex urbe, educat secum omnes coniuratores. Gratias agendas dicit Iovi, quia tam saepe evaserant tale periculum. Consul iubet hostem exire.]

Quae cum ita sint, Catilina, perge quo coepisti. Egredere aliquando ex urbe. Patent portae--proficiscere. Nimium diu te imperatorem tua illa Manliana castra desiderant. Educ tecum etiam omnis tuos -- si minus, quam plurimos. Purga urbem! Magno me

Ubinam gentium- where in the world (a partitive possessive)
Hic sunt...qui ...- there are here... (those) who ..
patres conscripti- senators
interitus-death
exitium-ruin
quos...eos-those whom
trucidare-butcher
apud-at the house
distribuere-distribute(assign parts to different ones)
partis:-is for -es again.
Statuisti...-You determined to which place it was decided that each should set out
deligere-choose
discribere-assign

metu liberaveris, modo inter me atque te murus intersit. Nobiscum versari iam diutius non potes. Non feram, non patiar, non sinam. Magna dis immortalibus habenda est -- atque huic ipsi Iovi Statori, antiquissimo custodi huius urbis--gratia, quod hanc tam taetram, tam horribilem, tamque infestam rei publicae pestem totiens iam effugimus. Non est saepius in uno homine summa salus periclitanda rei publicae.

confirmare-give assurance
paulum- a little (with morae)
mora- delay
vixdum.-scarcely yet

coetus-meeting: salutatum-to greet(supine for purpose): id temporis- at that time (a partitive poss. after an adverbial id) : aliquando- finally: omnis tuos:-is for es : modo- provided that: murus- wall: habenda est...gratia- gratitude should be felt: taeter- foul: infestus- hostile: totiens- so many times:

Quam diu mihi consuli designato, Catilina, insidiatus es , non publico me praesidio, sed privata diligentia defendi. Cum, proximis comitiis consularibus me consulem in campo et competitores tuos interficere voluisti, compressi conatus tuos nefarios amicorum praesidio et copiis, nullo tumultu publice concitato. Denique, quotienscumque me petisti, per me tibi obstiti, quamquam videbam perniciem meam cum magna calamitate rei publicae esse coniunctam.

Nunc iam aperte rem publicam universam petis. Templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium,Italiam totam, ad exitium et vastitatem vocas. Quare--quoniam id quod est primum, et quod huius imperi disciplinaeque maiorum proprium est facere nondum audeo-- faciam id quod est ad severitatem lenius, ad communem salutem utilius. Nam si te interfici iussero, residebit in re publica reliqua coniuratorum manus. Sin tu --quod te iam dudum hortor--exieris, exhaurietur ex urbe tuorum comitum magna et perniciosa sentina rei publicae.

Quid est, Catilina ? Num dubitas id, me imperante, facere quod iam tua sponte faciebas ? Exire ex urbe iubet consul hostem. Interrogas me: Num in exsilium? Non iubeo, sed, si me consulis, suadeo.

consuli designato- consul elect
comitiis consularibus-at the next consular elections
campus-field(The Campus Martius, the election place)
conatus- attempt
nefarius- wicked
concitare-arouse
quotienscumque- as often as
petisti-you attacked
obstare- resist
tecta- houses
vastitas- ruin
quod huic..-that which is proper to this authority and the discipline established by our ancestors: ad severitatem...-milder in comparison to severity: resi-dére-remain: manus- band: iam dudum- now for a long time: exhaurire-drain out: comes- companion: sentina-sewage: sponte- of your own accord:

Vocabularium

concitare,1-arouse, excite
trucidare,1-butcher

una-together
vixdum-scarcely yet

atrox,atroci-cruel, inhuman
comes,comite,bonus-companion
exitium,o-ruin, death
interitus,u-death, destruction
taeter,tra,trum-foul

English to Latin

(Review dative of possession, agent, with special verbs, double dative)

1. Manlius came as an accomplice to Catiline. 2. Cicero must be killed by the two knights. 3. The fact that Cicero was alive was a care to Catiline. 4. Catiline said that he would put Manlius in charge of his soldiers in Etruria.
5. Cicero will not be spared. 6. Catiline had many evil friends.

Quaestiones discutiendae

1. Kalendae venerunt semper die prima mensis. Idus venerunt in die decima quinta mensis in mensibus: Martii, Maii, Iulii, Octobris. In aliis mensibus venerunt die decima tertia. Nonae venerunt in die septima in mensibus in quibus Idus venerunt die xv--aliis mensibus venerunt die quinta. Romani semper dies numerabant ante Kalendas, ante Nonas, aut ante Idus. Si Nonae venerunt die septima mensis in mensibus in quibus Idus venerunt die decima quinta, quomodo explicatur numeratio Romana? Verba "ante diem xii Kalendas" probabiliter olim erat: "die xii ante Kalendas." Explica quomodo "ante diem xii Kalendas Novembris" possit esse idem ac "in die 21 Octobris"? (Antequam Caesar calendarium correxit, erant dies xxxi in mensibus Martii, Maii, Iulii et Octobris; dies xxvii mense Februarii-- in aliis mensibus, dies xxix). Explica alios dies quos Cicero dat in hac lectione.
2. Cicero dicit quod "multi principes Roma profugerunt, non tam sui conservandi, quam tuorum(Catilinae) consiliorum reprimendorum causa." Dicitne veritatem? Quare haec dixit?
3. Quare annuntiat Cicero Catilinae se scivisse Catilinam venisse in domum Marci Laecae?
4. In ultima parte huius lectionis Cicero dicit: "faciam id quod est ad severitatem lenius" -- sed verba haec certe non necessaria sunt, nec sensus melior est cum eis. Quare ergo utitur Cicero his verbis?
5. Cicero dixit: "Exire ex urbe iubet consul hostem". Quare putat se posse vocare Catilinam hostem?

Lectio Vigesima Secunda

[Quare vis remanere? Omnes in hac urbe te oderunt. Fere omnia crimina commisisti. Omnes senatores sciunt te die 29 Decembris, Lepido et Tullo consulibus, malos homines congregavisse ad consules et alios nobiles interficiendos.]

Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? In qua nemo est, extra istam coniurationem perditorum hominum, qui te non metuat, nemo qui non oderit. Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? Quod privatarum rerum dedecus non haeret in tama? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis, quod flagitium a toto corpore afuit? Cui tu adulescentulo--quem corruptelarum illecebris irretisses--non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinem facem praetulisti?

Quid vero? Nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis locum vacuefecisses, nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulavisti? Quod ego praetermitto, et facile patior sileri, ne in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse, aut non vindicata esse videatur. Praetermitto ruinas fortunarum tuarum, quas omnis proximis Idibus tibi impendere senties. Ad illa venio quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad omnium nostrum vitam salutemque pertinent.

Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem qui nesciat te, pridie Kalendas Ianuarias, Lepido et Tullo consulibus, stetisse in comitio cum telo, manum, consulum et principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed Fortunam populi Romani obstitisse? Ac iam

perditus-base
nota- mark(implies comparison to a brand put on a runaway slave)
turpitudo-shame
inustus-burned in
Cui tu..-Before what youth have you not carried the sword for boldness or the torch for lust (implies comparison to slave who did such services for his master)
corruptelarum...-whom you had ensnared in the enticements of corruption
nuper-recently
vacuefacere-make empty(a hint that he murdered her)
cumulare-heap up
immanitas-enormity

illa omitto--neque enim sunt aut obscura aut non multa commissa postea--quotiens tu me designatum, quotiens vero consulem interficere conatus es! Quot ego tuas petitiones ita coniectas ut vitari posse non viderentur, parva quadam declinatione, et, ut aiunt, corpore effugi! Nihil agis. Nihil assequeris--neque tamen conari ac velle desistis! Quotiens iam tibi extorta est ista sica de manibus! Quotiens excidit casu aliquo et elapsa est! Quae quidem quibus abs te initiata sacris ac devota sit nescio, quod eam necesse putas in consulis corpore defigere.

Idibus: bills & debts came due on 1st or middle of month. Cicero hints that Catiline's financial backers will now demand full payment at once.
ignominia-disgrace

caeli spiritus- air of the sky: iucundus-pleasant: omnis: omnes: pridie Kal.- day before Kalends: comitium- assembly place: manum paravisse- had gathered a band: mentem- any good sense : quotiens- how many times: designatum(consulem)- consul elect: petitio- attack: declinatione et...corpore- a slight twist of the body(terms from gladiator fights) : assequi- attain: extorquére- twist out: sica- dagger: elapsa est- slipped away: Quas quidem...- I do not know with what rites it has been consecrated and dedicated, that you think it necessary to fix it in the body of the consul.:

[Omnes te oderunt, Catilina. Nemo vult ad te sedere. Patria nostra, parens omnium, te exire iubet.]

Nunc vero, quae tua est ista vita? (Sic enim iam tecum loquar, non ut odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericordia [permotus videar], quae tibi nulla debetur). Venisti paulo ante in senatum. Quis te ex hac tanta frequentia, tot ex tuis amicis ac necessariis salutavit? Si hoc post hominum memoriam contigit nemini, vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? Quid, quod adventu tuo ista subsellia vacuefacta sunt? Quod omnes consulares qui tibi persaepe ad caedem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt-- quo tandem animo tibi ferendum putas? Servi, mehercule, mei, si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, domum meam relinquendam putarem. Tu tibi urbem [relinquendam esse] non arbitraris? Et si me meis civibus iniuria suspectum tam graviter atque offensum viderem, carere me aspectu civium, quam infestis omnium oculis conspici mallem. Tu, cum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, et iam diu tibi debitum, dubitas, QUORUM mentis sensusque vulneras, EORUM aspectum praesentiamque vitare? Si te parentes timerent atque odissent tui, neque eos ratione ulla placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc, te patria, quae communis est parens omnium nostrum, odit ac metuit, et iam diu nihil te iudicat nisi de parricidio suo cogitare. Huius tu neque auctoritatem verebere,nec iudicium sequere, nec vim pertimesces?

frequentia-crowd
necessarii- relatives, friends
post hominum...- within the memory of man
contigit-happened to
vocis contumeliam- verbal rebuke
taciturnitas-silence
ista subsellia-the seats near you
vacuefacere-empty
simul atque- as soon as
assidére-sit near
quo tandem...-with what attitude, I ask, should this(the fact that they left) be endured by you?
mehercule- by Hercules!
isto pacto-in that way

ut - as: iniuria- unjustly: offensus-offensive: aspectus- sight: mallem- I would prefer: placare- appease: concederes- you would withdraw to some place(aliquo) :parricidium- murder: verebere:vereberis- fear: sequere: sequeris: pertimescere- begin to fear:

Quae tecum, Catilina, sic agit, et quodam modo tacita loquitur: "Nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te. Nullum flagitium sine te. Tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum ad neglegendas leges et quaestiones, verum etiam ad evertendas

aliquot annis-for some years
nex - murder
vexatio direptio- troubling and plundering

perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt, tamen, ut potui, tuli. Nunc vero, me totam esse in metu propter unum te, quicquid increpuerit, Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse quod a tuo scelere abhorreat--non est ferendum . Quam ob rem, discede, atque hunc mihi timorem eripe. Si est verus, ne opprimar. Sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam."

[Omnes te oderunt et timent: voluisti te in custodiam dare apud Manium Lepidum--ille noluit. Voluisti apud me: recte nolui. Similiter venisti ad Quintum Metellum. Cumque hic quoque noluit, venisti ad Marcum Metellum, virum malum, sodalem tuum.]

Haec si tecum, ut dixi, patria loquatur, nonne impetrare debeat, etiam si vim adhibere non possit? Quid quod tu te in custodiam dedisti, quod vitandae suspicionis causa ad Manium Lepidum te habitare velle dixisti? A quo non receptus, etiam ad me venire ausus est, atque ut domi meae te asservarem rogasti. Cum a me quoque id responsum tulisses: me nullo modo posse isdem parietibus tuto esse tecum, quia magno in periculo essem quod isdem moenibus contineremur, ad Quintum Metellum praetorem venisti. A quo repudiatus, ad sodalem tuum, virum optimum, Marcum Metellum demigrasti, quem tu videlicet et ad custodiendum te diligentissimum, et ad suspicandum, sagacissimum et ad vindicandum fortissimum fore putasti. Sed quam longe videtur a carcere atque a vinculis abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicarit?

Quae cum ita sint, Catilina, dubitas, si emori aequo animo non potes, abire in aliquas terras, et vitam istam multis suppliciis iustis debitisque ereptam fugae solitudinique mandare?

impunitus-
unpunished
quaestiones-
investigations
evertere-overthrow
perfringere-break
down
Nunc vero...- But now, that I should be totally in fear...--(this) is not to be endured
increpare-make a noise
abhorrére- be beyond
aliquando-finally
in custodiam dare-put yourself under guard of (roughly like putting up bond, or being under parole)
apud-at house of
sodalis-companion
asservare-keep
paries-house wall
tuto- safely

moenia-city walls: repudiare- reject: virum optimum..:the passage is sarcastic: videlicet- I suppose: fore : futurum esse: dubitas- do you hesitate? emori- die: ereptus-snatched from:

Vocabularium

abhorrére,horruit-shrink from, be inconsistent with
assequi,secutus est-attain
extorquére,torsit,tortus-twist out

nuper-recently
quotiens- how often
totiens...quotiens- as often...as

ignominia,a-disgrace,shame
immanitas,tate,magna-enormity, immensity
iucundus,a,um-pleasant
nex,nece,mala-violent death
pactum,o-manner,agreement
turpitudo, dine,mala-shame

Pattern Practice

Cicero, and all good authors, often expect us to supply missing words. We gather what is needed from the fact that there are two similar clauses or phrases side by side: what is missing in one can be felt from the other. Thus in today's lesson we read:"Servi mei, si me isto pacto metuerent, domum meam relinquendam putarem. Tu tibi urbem non arbitraris?" In the latter part we fill in: relinquendam esse.

We practiced a while on this feature last year. But let us refresh our acquaintance with it. Repeat the following sentences, filling in the understood word or words. Then translate the unfilled form of each example. -- Cicero domum suam; Catilina urbem relinquet. Cicero non odio, sed misericordia motus esse videbitur. Catilina primo apud

Lepidum, deinde apud Metellum habitare voluit. Metellus ad custodiendum diligentissimum, et ad suspicandum fortissimum esse debebit. -- But now let us take some in which two words are omitted, one in each clause, but both are to be felt in both clauses.--Cicero malos cives, Catilina bonos odit. Catilina ad audaciam facem, Cicero ad salutem praetulit. Venio ad illa quae non ad privatam ignominiam, sed ab publicam pertinent. Servi in frontibus inustas, Catilina in anima notas habet. Senatores boni ad Ciceronem, mali ad Catilinam assidere volent. A Catilina bona accipere, a Cicerone mala exspectaverunt coniuratores. Consuli nocere Catilina, solis malis Cicero vult.

English to Latin

(Review objective of extent, limit of motion with names of towns, and double objective)

1. Catilina says that he will not ask Cicero for mercy. 2. Two knights came to Cicero's home to kill him. 3. After hearing this speech, Catiline will not remain in the city many days. 4. Cicero thinks that he will go to Praeneste. 5. Do you think he will lead the whole army across the river to Rome? 6. Catiline did not have a sword that was two feet long: he wanted to use a dagger.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit: "Si te parentes timerent atque odissent tui..." Explica effectum quem vult obtinere hoc ordine verborum. Similiter dixit: "Servi, mehercule mei, si me isto pacto metuerent...."Iterum explica effectum ordinis verborum.
2. Cicero dicit patriam rogare Catilinam discedere: "quodam modo tacita loquitur." Quomodo potest loqui tacite? Quem sensum habent verba "quodam modo."
3. Cicero dicit:"nullum iam aliquot annis facinus exstitit nisi per te. Nullum flagitium sine te. Tibi uni multorum civium neces, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera. Tu non solum ad neglegendas leges... verum etiam ad evertendas... valuisti." Quomodo conatur Cicero in his verbis emphasin producere?
4. Cicero dicit: "Sed quam longe videtur a carcere...abesse debere, qui se ipse iam dignum custodia iudicarit?" Quid dicendum de validitate huius argumenti?

Lectio Vigesima Tertia

[Dicis: "Ibo in exsilium, si senatus iusserit." At nonne vides senatum tacite consentire mihi, cum iubeo te exire? Revera, si ibis in exsilium, multi homines me accusabunt; sin autem ad exercitum tuum ieris, me laudabunt. Sed revera, scio te diem dixisse ad bellum faciendum contra patriam tuam.]

"Refer," inquis, "ad senatum". Id enim postulas, et, si hic ordo placere sibi decreverit te ire in exsilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam -- id quod abhorret a meis moribus-- et tamen faciam ut intelligas quid hi de te sentiant. -- Egredere ex urbe, Catilina! Libera rem publicam metu. In exsilium, si hanc vocem exspectas, proficiscere.-- Quid est? Ecquid attendis? Ecquid animadvertis horum silentium? Patiuntur. Tacent. Quid exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adulescenti optimo, Publio Sestio, si fortissimo viro Marco Marcello dixissem, iam mihi consuli hoc ipso in templo senatus iure optimo vim et manus intulisset. De te, autem, Catilina, cum quiescunt, probant. Cum patiuntur, decernunt. Cum tacent, clamant! Neque hi solum, quorum tibi auctoritas est

diem dixisse- set a day
hic ordo-this body
id quod- a thing which
Egredere-Go out!
ecquid- at all
auctoritatem loquentium-the authority of them speaking(i.e.,verbal approval)
vim et manus intulisset- He would have brought violent hands on me.
What rhetorical figure?

videlicet cara, vita vilissima, sed etiam illi equites Romani, honestissimi atque optimi viri, ceterique fortissimi cives qui circumstant senatum, quorum tu et frequentiam videre, et studia perspicere, et voces paulo ante exaudire potuisti. Quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo, eosdem facile adducam ut te haec quae vastare iam pridem studes relinquentem usque ad portas prosequantur.

Quamquam, quid loquor? Te ut ulla res frangat? Tu ut umquam te corrigas? Tu ut ullam fugam meditere? Tu ut ullum exsilium cogites? Utinam tibi istam mentem di immortales duint! Tametsi video, si mea voce perterritus, ire in exsilium animum induxeris, quanta tempestas invidiae nobis - si minus in praesens tempus, recenti memoria scelerum tuorum --at in posteritatem impendeat. Sed est tanti, dum modo tua ista sit privata calamitas, et a rei publicae periculis seiungatur. Sed tu, ut vitiis tuis commoveare, ut legum poenas pertimescas, ut temporibus rei publicae cedas--non est postulandum. Neque enim is es, Catilina, ut te aut pudor a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocarit. Quam ob rem, ut saepe iam dixi, proficiscere. Ac, si mihi, inimico, ut praedicas, tuo, conflare vis invidiam, recta perge in exsilium. Vix feram sermones hominum si id feceris. Vix molem istius invidiae, si in exsilium iussu consulis iveris, sustinebo. Sin autem servire meae laudi et gloriae mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu. Confer te ad Manlium. Concita perditos civis. Secerne te a bonis. Infer patriae bellum. Exsulta impio latrocinio, ut a me non eiectus ad alienos, sed invitatus ad tuos isse videaris.

quiescere-be silent
videlicet-I suppose (sarcasm)
vilis-cheap
frequentia-crowd
adducere-influence
Quamquam-and yet
meditere:mediteris-consider
duint-may they give
animum induxeris-if you make up your mind
recenti memoria-while the memory is fresh
est tanti- it is worth that much
dum modo-provided that
seiungere-separate
commoveare: commovearis
cedas-give in to
Neque enim...-For you are not such a man(is).

conflare- stir up: recta-straight: moles- mass, burden: mavis-you prefer: importuna... manu- unfit band of wicked men: confer te- take yourself: secernere-separate: latrocinium-brigandage: isse - to have gone:

Quamquam quid ego te invitem, a quo iam sciam esse praemissos qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati, cui sciam pactam et constitutam cum Manlio diem, a quo etiam aquilam illam argenteam -- quam tibi ac tuis omnibus confido perniciosam ac funestam futuram, cui domi tuae sacrarium scelerum constitutum fuit -- sciam esse praemissam? Tu ut illa carere diutius possis, quam venerari ad caedem proficiscens solebas, a cuius altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti?

[Natura ipsa exercuit te ad mala facienda. Solummodo inter malos homines laetitiam invenis. Et nunc, patria ipsa me accusat quia te exire patior, quia revera ad mortem rapi debes.]

Ibis tandem aliquando, quo te iam pridem tua ista cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res affert dolorem, sed quandam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Numquam tu non modo otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti. Nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum. Hic tu qua laetitia perfruere! Quibus gaudiis exsultabis!

quamquam-and yet
Forum Aurelium: town in Etruria
praestolari-wait for
cui sciam..-by whom I know a day has been agreed on and set
aquilam...-that silver eagle(a military standard)
funestus-deadly
sacrarium-shrine
Tu ut illa carere diutius...-That you should be able to lack it any longer.. (is not to be asked)

Quanta in voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum, neque audies virum bonum quemquam, neque videbis! Ad huius vitae studium meditati illi sunt (qui feruntur) labores tui: iacere humi, non solum ad obsidendum stuprum, verum etiam ad facinus obeundum; vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes tuam illam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae rerum omnium, quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profeci, cum te a consulatu reppuli, ut exsul potius temptare, quam consul vexare rem publicam posses, atque ut id quod esset a te scelerate susceptum "latrocinium" potius quam "bellum" nominaretur.

transtulisti- you carried over
quo- whither
effrenatus- unbridled
amentia-insanity
nefarius-wicked
nactus es- you found
ab omni...-devoid of not only all fortune but hope: conflatum...-a band composed of wicked men: perfruere: perfrueris : bacchabere: bacchaberis- you will revel: meditati sunt-were planned: qui feruntur-which are talked about: humi-on the ground: ad obsidendum...-to look for debauchery: ad facinus ...-to commit the deed: insidiantem(with te understood)-plotting against the sleep of husbands: otiosus-peaceful: Habes ubi...-You have a chance to show: frigus-cold: inopia-need: confectus-worn out: Tantum profeci- I accomplished so much: ut exsul...-that you should rather try the state as an exile, than vex it as a consul, and that that which was wickedly undertaken by you should be called brigandage rather than war.

Nunc, ut a me, patres conscripti, quandam prope iustam patriae querimoniam detester ac deprecer, percipite, quaeso, diligenter quae dicam. Et ea penitus animis vestris mentibusque mandate. Etenim si mecum patria, quae mihi vita mea multo est carior, si cuncta Italia, si omnis res publica loquatur: "Marce Tulli, quid agis? Tune eum quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem exspectari imperatorem in castris hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis evocatorem servorem et civium perditorum, exire patiere? Ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem te impedit? Mosne maiorum? At persaepe etiam privati in hac re publica perniciosos civis morte multarunt. An leges quae de civium Romanorum supplicio rogatae sunt? At numquam in hac urbe qui a re publica defecerunt civium iura tenuerunt. An invidiam posteritatis times? Praeclaram populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnis honorum gradus extulit, si propter invidiam aut alicuius periculi metum, salutem civium tuorum neglegis. Sed si quis est invidiae metus, non est vehementius severitatis ac fortitudinis invidia, quam inertiae ac nequitiae pertimescenda. An, cum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiae incendio conflagraturum?"

prope-almost
querimonia-complaint
ut...detester...-that I may avert and beg off
quaeso - I ask
penitus-deeply
Tune: Tu with-ne-
Will you allow him whom...to go out (exire patiere)?
comperire-discover
evocator-summoner: Catiline did not really recruit slaves,it seems.
mactare-slaughter
persaepe-very often
multare-punish
rogatae sunt- were passed
deficere-desert
Praeclaram: sarcastic tone: referre gratiam- give thanks: per te cognitum...-known(only) through your own efforts, without commendation of (noble) ancestors: mature-soon: omnis gradus- all the steps: extulit- has exalted: si quis...metus- if there is any fear: non est...-the unpopularity(coming from) severity and bravery is not to be more strongly feared than (that coming from) culpable inactivity: ardére-burn: conflagrare-burn:

Vocabularium

praestolari,l-wait for
secernere,crevit,cretus-separate, distinguish
seiungere,iunxit,iunctus-separate, disjoin

penitus-deeply, completely
quamquam- and yet

amentia,a-madness,insanity
aquila,a-eagle
frigus,ore,longum-cold
moles,i,magna-mass,weight
nefarius,a,um-wicked
vilis,e,i-cheap, vile

English to Latin

(Review ablatives of: agent,means,with special verbs, description)

1. He will not be killed by Catiline with a dagger. 2. Catiline will not be able to use the dagger, nor to enjoy Cicero's death. 3. Catiline is a man with an unfriendly face.
4. Cicero knows that he must perform his duty. 5. Catiline and his accomplices would like to get possession of the whole city. 6. Then they will eat the best foods.

Quaestiones discutiendae

1. Quare revera Cicero non voluit referre ad senatum quaestionem de exsilio Catilinae? Estne ratio quam Cicero dat vera ratio?
2. Quare timet Cicero molem invidiae si Catilina ierit in exsilium eius iussu? Eratne ratio bona pro hoc timore?
3. Cicero fingit patriam hortantem ut interficeret Catilinam, dicentemque non timendas leges de civium Romanorum supplicio. Estne argumentum validum?
4. Cicero dicit Catilinam exercere latrocinium, non bellum quia non esset Catilina consul. Explicanda est distinctio. Estne valida?

Lectio Vigesima Quarta

[Quare ergo non iubeo Catilinam interfici? Quia necesse est ut omnes coniuratores egrediantur, ut liberemur hac peste. Non satis est Catilinam solum ire.]

His ego sanctissimis rei publicae vocibus et eorum hominum qui hoc idem sentiunt mentibus, pauca respondebo. Ego, si hoc optimum factu iudicarem, patres conscripti, Catilinam morte multari, unius usuram horae gladiatori isti ad vivendum non dedissem. Etenim, si summi viri et clarissimi cives Saturnini et Gracchorum et Flacci et superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt, certe verendum mihi non erat ne quid, hoc parricida interfecto, invidiae mihi in posteritatem redundaret. Quod si ea mihi maxime impenderet, tamen hoc animo fui semper ut invidiam virtute partam, gloriam, non invidiam putarem.

Quamquam non nulli sunt in hoc ordine qui aut ea quae imminent non videant, aut ea quae vident dissimulent; qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt, coniurationemque nascentem non credendo corroboraverunt. Quorum auctoritate, multi non solum improbi, verum etiam imperiti, si in hunc animadvertissem, crudeliter et regie factum esse dicerent. Nunc intellego, si iste, quo intendit, in Maniliana castra pervenerit, neminem tam stultum fore qui non videat coniurationem esse factam, neminem tam improbum qui non fateatur.

optimum factu -the best thing to do
multare-punish
usura-enjoyment
gladiator-thug
Saturnini: goes with sanguine(on him, see lesson 20)
complures-very many
contaminare-defile
honestare-adorn
parricida-murderer
redundare-overflow
hoc animo- of such an attitude
partam-gained by
mollis-soft
alere-feed
corroborare-strengthen
in hunc...- if I should punish

Hoc autem uno interfecto, intellego hanc rei publicae pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse. Quod si sese eiecerit,secumque suos eduxerit, et eodem ceteros undique collectos naufragos aggregarit, exstinguetur atque delebitur non modo haec tam adulta rei publicae pestis, verum etiam stirps ac semen malorum omnium.

regie-in royal fashion(Romans now hated name of king)
quo intendit-where he plans to go
paulisper- a bit

undique-from all sides: naufragus-shipwrecked: stirps- root:

Etenim iam diu, patres conscripti, in his periculis coniurationis insidiisque versamur. Sed, nescio-quo pacto omnium scelerum ac veteris furoris et audaciae maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Nunc si ex tanto latrocinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ad breve quoddam tempus cura et metu esse relevati. Periculum autem residebit, et erit inclusum penitus in venis atque in visceribus rei publicae. Ut saepe homines aegri morbo gravi, cum aestu febrique iactantur, si aquam gelidam biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius vehementiusque afflictantur, sic hic morbus qui est in re publica relevatus istius poena vehementius, reliquis vivis, ingravescet. Quare secedant improbi. Secernant se a bonis. Unum in locum congregentur. Muro, denique -- quod saepe iam dixi -- secernantur a nobis. Desinant insidiari domi suae consuli, circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad inflammandam urbem comparare. Sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque quid de re publica sentiat.

Polliceor hoc vobis, patres conscripti: tantam in nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilinae profectione omnia patefacta, illustrata,oppressa, vindicata esse videatis.

Hisce ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute, cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio qui se tecum omni scelere parricidioque iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium.

[Et tu, Iuppiter, auxilium dabis ,et hos malos homines aeternis suppliciis punies.]

Tu, Iuppiter, qui isdem quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huuis urbis atque imperi vere nominamus, hunc et huius socios, a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis. Et homines bonorum inimicos, hostis patriae, latrones Italiae, scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis, vivos mortuosque, mactabis.

maturitas-ripeness
latrocinium-brigandage
fortasse-perhaps
relevare-relieve
residére-settle down
vena-vein
viscera-entrails
aestu febrique-heat of fever
gelidus-cold
ingravescere-grow worse
secedere-withdraw
urbanus-city
malleolus-firebrand
fax- torch
consensio-harmony
profectio-departure
omen- omen
qui...who(se worship) was established by Romulus under the same auspices as this city
Stator- Defender
nominare-name
arcére-keep off
latrones-thieves
mactare-afflict

* * * * * * * * *

[Ultimo anno legimus duas orationes ex opere Sallustii de hac coniuratione. Nunc erit bonum legere, ex eodem opere, id quod accidit postquam Cicero hanc orationem habuit.]

Sed ubi ille adsedit, Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso vultu, voce supplici, postulare a patribus coepit, ne quid de se temere crederent : ea familia ortum ita se ab adulescentia vitam instituisse ut omnia bona in spe haberet--ne existimarent sibi, patricio homini, cuius ipsius atque maiorum plurima

adsidére-sit down
demisso vultu-with downcast face
supplex-pleading
temere-rashly
ea familia: (he said) that he came from such a family, that

beneficia in plebem Romanam essent, perdita re publica opus esse, cum eam servaret Marcus Tullius, inquilinus civis urbis Romae. Ad hoc male dicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus, "quoniam quidam circumventus" inquit, "ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam. Deinde se ex curia domum proripuit.
[Post haec, relictis nonnullis coniuratoribus in urbe, ipse Catilina ad exercitum suum exivit. Cum quo exercitu, fortiter pugnans contra exercitum consulis Antoni, mortuus est Catilina. In urbe, Gallis, quos coniuratores rogaverant ut coniuratores adiuvarent, testimonia scripta a coniuratoribus dantibus, multi coniuratores in carcerem coniecti, ibique ex consulto senatus necati sunt.]

he had so ordered his life
ne existimarent...- let them not think that he...whose kindnesses, and those of his ancestors, had been numerous...needed a ruined state
inquilinus-foreign born(he came from Arpinum)

obstrepere-thay all made a noise(historical infinitive) : furibundus-raging: incendium...- I will extinguish the fire by ruin (of the city)

Vocabularium

arcére,arcuit-keep off, ward off, prevent
corroborare,l-strengthen
honestare- adorn,honor
redundare,-overflow,redound

paulisper-for a short time
temere-rashly, blindly

gelidus,a,um-cold
mollis,e,i-soft
parricida,a-murderer
parricidium,o-murder

English to Latin

(Review ablatives of: extent, accompaniment, with adjectives)

1. If it seemed best for my country, I would not allow this thug to live for three days. 2. Let Catiline depart in the company of all wicked men. 3. He who saves the city will be worthy of all the highest honors. 4. Do you think that this man who wants to ruin his own country is worthy of mercy? 5. He will not be content with the murder of one consul: he wants to destroy all good men. 6. There is no need of a trial before the people, since he, by doing these things, has lost the rights of a citizen.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit quod quidam "coniurationem non credendo corroboraverunt." Quomodo hoc fieri potest? Suntne similia exempla in temporibus nostris?
2. In sententia quae incipit verbis "Polliceor hoc vobis... tantam in nobis consulibus fore..." Cicero utitur multis artibus rhetoricis. Quaenam sunt? Quare bonae sunt?
3. Cicero dicit quod homines aegri febri "si aquam gelidam biberunt, primo relevari videntur, deinde multo gravius afflictantur". Estne hoc verum?
4. Cicero dicit se credere Iovem urbem defensurum esse. Revera credidit hoc Cicero? Quas sententias de Iove habuerunt Romani illius temporis?

Lectio Vigesima Quinta

Sicut iam scimus, cum Cicero adulescens esset, non paucos optimos magistros habuit. Inter hos erat poeta Graecus, cui nomen Archias. Hic natus est Antiochiae in Syria, fere anno 120 ante Christum. Cum adulescens esset, domo exivit, coepitque poemata sua recitare in multis urbibus Asiae Minoris et Graeciae.

bello Italico:90-88BC, in which Rome's allies in Italy demanded,and obtained citizenship

Magnopere a Graecis laudabatur. Post haec in Magnam Graeciam (id est, in Italiam meridionalem et Siciliam) venit. Ibi etiam magno cum honore exceptus est. Anno 102 Ante Christum Romam venit, factusque est amicus nonnullorum virorum clarissimorum, inter quos erant Luculli. Cum Lucullis etiam itinera nonnulla fecit. Quodam itinere, factus est civis urbis Heracleae, in Italia meridionali. Postea, in bello Italico per legem Silvani et Carbonis (anño 89) omnes qui cives erant in civitatibus foederatis (inter quas erat Heraclea), poterant etiam cives Romae fieri, si illo tempore in Italia habitarent, et si profiterentur (id est, nomen suum darent) apud praetorem intra sexaginta dies postquam lex lata est. Hoc Archias fecit, assumpsitque nomen Romanum, Aulum Licinium. Nomen "Licinius" venit ex familia Lucullorum.

foederatus-federated
profiteri-register
gesta - deeds
satelles-accomplice
ingenium- natural ability
aptus-suitable
connectere-connect
stylus-style
eruditus-educated

Archias etiam discessit ad orientem cum Lucio Lucullo, qui erat imperator contra Mithradatem. In his annis scripsit Archias poema de gestis Luculli.

Sed anno 65 lex nova iussit viros alienos ex urbe discedere. Anno 62 quidam vir cui nomen Grattius (alia de eo nescimus) conatus est dicere Archiam numquam fuisse civem factum. Revera probabile est quod Grattius erat satelles inimicorum Luculli.

Cicero itaque pro magistro suo orationem claram habuit. Iudex in hac causa erat frater Ciceronis, Quintus Cicero. Cicero probabiliter orationem habuit non solum quia Archias magister eius fuerat, sed etiam quia speravit Archiam scripturum esse poema de consulatu Ciceronis. Videtur quod Archias crimine absolutus est per Ciceronem -- sed numquam tale poema scripsit.

Marci Tulli Ciceronis pro Aulo Licinio Archia Poeta Oratio ad Iudices

Note: Cicero uses a special style of speaking in this oration. Particularly in the first few paragraphs he makes splendid use of the periodic structure, with many balancing elements. To bring this structure out better, the first part of this speech is printed in a special way. At the same time, this makes it easy to read the rather long sentences, for the principal train of thought could be had from reading only those parts that are not indented.

[Si a natura habeo ingenium aptum ad orationes habendas, et si in hac arte exercitatus sum, et si habeo aliquam scientiam theoreticam de hac arte-- fructus horum omnium debetur magistro meo, A. Licinio Archiae. Nam etiam a pueritia mea, hic vir fuit dux meus in his studiis. Ergo, si vox mea alios adiuvit, certe debet Archiam adiuvare, a quo hanc artem rhetoricam accepi. Neque debetis mirari me haec dicere, eo quod Archias sit poeta, ego autem orator. Omnes bonae artes inter se connectuntur-- et ego ipse non solummodo arti oratoricae studui. Insuper, ne videatur mirum quod novo stylo utor. Bonum est enim hoc facere, propter hunc praetorem doctissimum, propter optimos iudices, propter alios homines eruditissimos qui adsunt et propter Archiam ipsum.]

Si quid est in me ingeni, iudices
        quod sentio quam sit exiguum
aut si qua exercitatio dicendi
        in qua me non infitior mediocriter esse versatum
aut si [est in me] huiusce rei ratio aliqua
    ab optimarum artium studiis ac disciplina profecta
        a qua ego nullum confiteor aetatis meae tempus abhorruisse
earum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius
fructum a me repetere prope suo iure debet.
Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis,
et pueritiae memoriam recordari ultimam

quod...-and I realize how small it is
exercitatio-practice
infitior - deny
mediocriter-somewhat
versatus-skilled
ratio aliqua-some theoretical knowledge, coming from study and training in the fine arts

inde usque repetens,
hunc video mihi principem
et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse.
Quod si haec vox
huius hortatu praeceptisque conformata
non nullis aliquando saluti fuit
a quo id accepimus
quo ceteris opitulari et alios servare possemus
huic profecto ipsi
quantum est situm in nobis
et opem et salutem ferre debemus.
Ac ne quis a nobis hoc ita dici forte miretur
quod alia quaedam in hoc[viro Archia] facultas sit ingeni
neque haec dicendi ratio aut disciplina
ne nos quidem huic uni studio penitus umquam dediti fuimus.
Etenim omnes artes quae ad humanitatem pertinent
habent quoddam commune vinculum
et quasi cognatione quadam inter se continentur.

a qua..-to which I admit no time of my life has been averse
repetere- reclaim
prope- almost
suo iure- by his own right
quoad...-as far back as my mind can
memoriam...ultimam- earliest memory
inde...-recalling from then on
Hunc video...-I see that he has been the leader for me in taking on and beginning the knowledge of these pursuits.

hortatus-encouragement: conformatus-formed: non nullis...was(for) a refuge for some: a quo...surely to this man(huic) from whom we have received that(id) by which we are able to help and save others, we ought to bring help and safety, so far as lies in us.: forte- perhaps: quod alia ...because in him there is a different (alia) kind of talent, and not this knowledge and training in oratory: penitus-completely(so as to exclude other things): humanitas-culture: cognatio-relationship:

Sed ne cui vestrum mirum esse videatur
me in quaestione legitima et in iudicio publico
cum res agatur apud praetorem populi Romani, lectissimum virum
et apud severissimos iudices
tanto conventu hominum ac frequentia
hoc uti genere dicendi
quod non modo a consuetudine iudiciorum
verum etiam a forensi sermone abhorreat
quaeso a vobis
ut in hac causa mihi detis hanc veniam
accommodatam huic reo
vobis(quem ad modum spero)non molestam
ut me
pro summo poeta atque eruditissimo homine
dicentem
hoc concursu hominum litteratissimorum
hac vestra humanitate
hoc denique praetore exercente iudicium
patiamini de studiis humanitatis ac litterarum
paulo loqui liberius
et in eius modi persona
quae propter otium ac studium minime in iudiciis periculisque tractata est
uti prope novo quodam et iniusitato genere dicendi.

ne cui-lest to any-one of you
quaestio legitima- legal trial
cum res agatur- when the case is being tried
lectissimum virum- most excellent man
tanto conventu- in the presence of such an assembly and crowd
hoc uti...-to use this style of speaking
quod...abhorreat- which is foreign not only to the custom of courtrooms
quaeso- I beg
accommodatam...- suited to this defendant
molestus- troublesome

Quod si mihi a vobis tribui concedique sentiam, perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non segregandum, cum sit

civis, a numero civium, verum etiam si non esset, putetis asciscendum fuisse.

hoc concursu...- in the presence of such a group of learned men, before(men of) this (such) culture: humanitatis ac litterarum- humane letters: in eius modi persona - on behalf of a person of this sort who: tractatus- dragged: inusitatus-unusual: perficiam profecto ut...- I will bring it about surely that you will think that not only...but even, if he were not, that he should have been joined (to the body of citizens):

Vocabularium

infitiari,l-deny
quaeso(archaic,isolated form)- I beg

mediocriter- moderately, somewhat
prope-almost

exercitatio,one,bona-practice
hortatus,u-urging,encouragement
humanitas,tate,bona-culture, kindness, sympathy
molestus,a,um-troublesome

Pattern Practice

Last year we practiced on the use of separated words in agreement. Cicero too is fond of using this device. So a bit more practice would be very helpful.

Read the following sentences. Then repeat each one, putting together the separated agreeing words. Afterwards, translate each sentence, working from the original form, with the words separated. -- Si qua est in me huius rei ratio ab optimarum artium studiis profecta, ab Archia hanc accepi. Si haec quae est in me facultas huius hortatu praeceptisque conformata aliis servit, multo plus Archiae servire debet. Artem rhetoricam non docet Archias, sed alia est in eo quaedam bonarum artium facultas. Quaeso a vobis ut hanc detis mihi veniam in hac causa huic accommodatam reo. Apud iudices locuturus sum humanissimos omnium et severissimos. Novo quodam in hac causa optimo uti vellem dicendi genere. Clarissimis in nostra re publica et litteris humanioribus eruditissimis amicus factus est Archias senatoribus. Summi qui maximos ducunt exercitus et fortissimi omnium poemata de se amant imperatores. Prope divini quia a deis ipsis docetur et humanissimi sanctum debet esse nomen poetas. Mea ab hoc viro docta semper parata est ad opem amicis ferendam vox.

English to Latin

(Review comparatives, and ablatives of comparison and of measure of difference)

1. Archias is a much better poet than Cicero. 2. Quintus is only a little less trained in the fine arts than Marcus. 3. He wishes to speak a bit more freely,because Archias is more educated than other defendants. 4. It is far better to be versed in these more humane arts than to fight in wars. 5. It would be hard to find more lettered judges than these.
6. He did not say that Archias was a greater poet than Ennius.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit de ingenio suo "sentio quam sit exiguum." Dicitne veritatem? Dicitne mendacium?
2. Cicero non negat Archiam non esse oratorem. Quomodo ergo poterat Archias tantum auxilium Ciceroni dare in arte rhetorica?
3. Cicero dicit adesse concursum "hominum litteratissimorum." Qui probabiliter erant hi? Erantne inter iudices?
4. Estne verum quod genus dicendi quo Cicero utitur "abhorret a consuetudine iudiciorum et a forensi sermone"?

[Archias ex pueritia amavit artes bonas. Primum coepit clarus esse Antiochiae,ubi natus est; postea, in ceteris Asiae partibus et in omni Graecia. Tum in Italiam meridionalem venit ac deinde Romam. Ibi factus est amicus Lucullorum.]

Nam ut primum ex pueris excessit Archias, atque ab eis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit, primum Antiochiae(nam ibi natus est loco nobili) celebri quondam urbe, et copiosa atque eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluenti, celeriter antecellere omnibus ingeni gloria coepit. Post, in ceteris Asiae partibus, cunctaque Graecia, sic eius adventus celebrabantur, ut famam ingeni exspectatio hominis [superaret et ut] exspectationem ipsius adventus admiratioque superaret.

Erat Italia tum plena Graecarum artium ac disciplinarum, studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur quam nunc isdem in oppidis. Et hic Romae, propter tranquillitatem rei publicae, non neglegebantur. Itaque, hunc et Tarentini et Locrenses et Regini et Neapolitani civitate, ceterisque praemiis donarunt. Et omnes qui aliquid de ingeniis poterant iudicare, cognitione atque hospitio dignum existimarunt. Hac tanta celebritate famae cum esset iam absentibus notus, Romam venit, Mario consule et Catulo. Nactus est primum consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas [adhibere posset] alter cum res gestas, tum etiam studium atque auris adhibere posset.

Statim Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. Est iam hoc non solum ingeni ac litterarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huius adulescentiae prima favit, eadem esset familiarissima senectuti.

Erat temporibus illis iucundus Quinto Metello (illi Numidico) et eius Pio filio. Audiebatur a Marco Aemilio. Vivebat cum Quinto Catulo, et patre et filio. A Lucio Crasso colebatur. Lucullos vero, et Drusum, et Octavios, et Catonem, et totam Hortensiorum domum, devinctam consuetudine cum teneret, afficiebatur summo honore, quod eum non solum colebant qui aliquid percipere atque audire studebant, verum etiam si qui forte simulabant.

puerilis-youthful
informare-train
se conferre-turn to
Antiochia-Antioch
celeber-populous
liberalis-liberal, cultured
affluenti...-abounding in most learned men...
antecellere-surpass (w.dat.)
post - later
sic eius adventus...-thus was his appearance famed that the expectation of the man surpassed his reputation for ability,and his actual appearance and the wonder aroused surpassed even the expectation
colere-cultivate
Tarentini...-the people of Tarentum, Locri, Regium, Naples.
donarunt-presented him with citizenship(perhaps not actual citizenship, but an honor, like the "keys to the city")

cognitio-acquaintance: hospitium-hospitality: celebritas-renown: Mario...in the consulship of Marius & Catulus: 102 B.C.: quorum alter..of whom one could provide the greatest deeds to write about,the other could provide appreciation &(critical) ears: cum...tum - not only, but also: praetextatus- young: Est hoc...- This was (a proof) not only of his literary ability, but also of his natural virtue, that the house which first favored... : iucundus-a favorite: devinctam...bound by ties of friendship: si qui...whoever pretended (to be interested -- for fashion etc.)

[Cum esset in urbe Heraclea cum Lucullo, civis factus est. Insuper, quia domicilium Romae habuit, et professus est apud praetorem intra sexaginta dies, etiam civis Romae factus est, per legem Silvani et Carbonis. Lucullus adest--qui potest dicere se haec omnia vidisse. Legati ex Heraclea idem possunt facere. Ergo quare adhuc postulas tabulas publicas Heracleae? --omnes scimus has

professus est-registered
tabulas- records
decedere-depart
aequissimo- with most favorable

tabulas perisse in bello.]

Interim, satis longo intervallo, cum esset cum Marco Lucullo in Siciliam profectus, et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam. Quae cum esset civitas aequissimo iure ac foedere,ascribi se in eam civitatem voluit. Idque, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli ab Heracliensibus impetravit. Data est civitas Silvani lege et Carbonis: "Si qui foederatis civitatibus ascripti fuissent, si tum cum lex ferebatur, In Italia domicilium habuissent, et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi....[cives Romani sunt]. Cum hic domicilium Romae multos iam annos haberet professus est apud praetorem Quintum Metellum, familarissimum suum. Si nihil aliud nisi de civitate ac lege dicimus, nihil dico amplius. Causa dicta est.

Quid enim horum infirmari, Gratti potest? -- Heracleaene esse tum ascriptum negabis? Adest vir summa auctoritate et religione et fide: Marcus Lucullus, qui se non opinari, sed scire, non audisse, sed vidisse, non interfuisse, sed egisse dicit. Adsunt Heraclienses legati, nobilissimi homines. Huius iudici causa, cum mandatis, et cum publico testimonio venerunt. Qui hunc ascriptum Heracleae esse dicunt.

Hic tu tabulas desideras Heracliensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interisse scimus omnes? Est ridiculum ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere quae habere non possumus; et de hominum memoria tacere, litterarum memoriam flagitare; et, cum habeas amplissimi viri religionem [et] integerrimi municipi ius iurandum fidemque, ea quae depravari nullo modo possunt repudiare -- tabulas quas idem dicis solere corrumpi desiderare.

An domicilium Romae non habuit is qui, tot annis ante civitatem datam, sedem omnium rerum ac fortunarum suarum Romae collocavit? An non est professus? Immo vero, eis tabulis professus [est], quae solae ex illa professione collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

ascribere-enroll
per se-of himself
gratia-influence
Si qui-whoever
sexaginta diebus-within 60 days
Causa dicta est-The case is finished
religio-honesty
infirmare-weaken
opinari-guess
mandatum-instructions
Italico bello-in the Social War, 90-88 B.C.
incenso tabulario-when the record house burned
municipium-town
ius iurandum-oath
depravare-corrupt
repudiare-reject
(with <u>ridiculum</u>: is foolish to reject ...but ask for)
idem - you too
ante civitatem datam-before citizenship was given
collocare-establish
quae solae...which alone of the registrations of the board of praetors of that year have the weight of public records:

Vocabularium

antecellere(w.dat.)-surpass
conferre se- betake oneself, go
depravare,1-corrupt
informare,1-form,train,inform
repudiare,1-reject

celeber,bris,bre-populous, famous
cognitio,one,bona-knowledge, acquaintance
ius iurandum- oath
religio,one,bona-honesty, religious feeling, sacredness

English to Latin
(Review ablative absolutes)

1. After he had been trained in the liberal arts, Archias began to write poems.
2. When the people of Tarentum had heard him, they said that they would give citizenship to him. 3. Although he had already received citizenship from the Tarentines, Archias

wanted to become a citizen of Rome also. 4. If the public records of Heraclea had not been burned, Grattius would not have been able to be troublesome to Archias.
5. Because he knew many things, the Luculli loved Archias.

Quaestiones discutiendae

1. Si Archias voluit esse civis Romae, quare erat necesse probare eum fuisse etiam civem Heracleae?
2. Si Archias acceperat civitatem in pluribus urbibus, quare non ostendit tabulas publicas harum urbium quia tabulae Heracleae incensae erant?
3. Quare lata est lex Silvani et Carbonis?
4. In quibus sententiis in hac lectione ostendit Cicero artem rhetoricam speciali modo?

Lectio Vigesima Septima

[Tres erant praetores apud quos Archias profiteri poterat: Appius, Gabinius, et Metellus. Ex his, tabulae Appi neglegentius asservatae erant. Tabulae autem Gabini, etiam antequam damnatus est, fidem non habebant, propter levitatem eius. Sed Metellus, apud quem Archias professus est, vir sanctissimus omnium erat. Ille enim, quia una litura erat in tabulis suis, ad Lentulum praetorem et iudices venit, dicens se commotum esse hac re. Insuper Archias ascriptus erat etiam in aliis civitatibus.]

Nam cum Appi tabulae neglegentius asservatae dicerentur [et cum] Gabini, quam diu incolumis fuit, levitas, post damnationem, calamitas, omnem tabularum fidem resignasset, Metellus, homo sanctissimus, modestissimusque omnium, tanta diligentia fuit, ut ad Lucium Lentulum praetorem et ad iudices venerit, et unius nominis litura se commotum esse dixerit. His igitur in tabulis nullam lituram in nomine Auli Licini videtis.

Quae cum ita sint, quid est quod de eius civitate dubitetis, praesertim cum aliis in civitatibus fuerit ascriptus? Etenim, cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis, gratuito civitatem in Graecia homines impertiebant, Reginos, credo, aut Locrensis, aut Neapolitanos, aut Tarentinos, quod scaenicis artificibus largiri solebant, id huic, summa ingeni praedito gloria noluisse? Quid, cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem Papiam aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserunt, hic, qui ne utitur quidem illis in quibus est scriptus (quod semper se Heracliensem esse voluit) reicietur?

asservare-keep
damnare-condemn
(Gabinius was condemned on a charge of extortion while in Achaia)
fidem habére-have reliability
levitas-unreliability
litura-erasure
incolumis-unharmed (by the condemnation)
Gabini...-and since the unreliability of G. while he was still unharmed, and his ruin, after the disaster had destroyed all the reliability of his records
Quid est quod... What is the reason why...

mediocris-ordinary: praeditus-endowed with(abl.): impertire-give: Reginos...-the people of Regium, Locri, Naples, Tarentum: credo-I suppose (ironical): quod scaenicis...that which they were accustomed to give to stage artists, they would be unwilling (to give) to this man, endowed with the supreme glory of genius: post civitatem datam- after citizenship was given: lex Papia- the Papian law, 65 B.C. provided for deportation of undesirable aliens: irrepserunt- crept in (some names had gotten into registers even then):

[Sed obiectio ponitur: "Quare non est Archias scriptus in censibus Romae?" Respondetur: Tres erant census postquam Archias factus est civis: 1. sub Iulio et Crasso (anno 89) -- at hi censores censum non compleverunt; 2. sub Marcio et Perperna (anno 86) --

census-census
se gessisse pro cive- acted as a citizen

hoc tempore Archias aberat cum exercitu Luculli; 3. sub Gallio et Lentulo (anno 70) -- iterum erat cum Lucullo in Asia. Ergo non potes obiectionem facere, dicens Archiam numquam se gessisse pro cive -- quia saepe testamentum fecit secundum leges Romanas, et hereditates civium Romanorum accepit, et beneficium ab aerario accepit, hortante Lucullo.]

Census nostros requiris. Scilicet, est enim obscurum: proximis censoribus, hunc cum clarissimo imperatore Lucio Lucullo apud exercitum fuisse, superioribus [censoribus eum] cum eodem quaestore fuisse in Asia, primis]censoribus], Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam. Sed, quoniam census non ius civitatis confirmat, ac tantum modo indicat eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro cive eis temporibus -- is quem tu criminaris ne ipsius quidem iudicio in civium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates civium Romanorum, et in beneficiis ad aerarium delatus est a Lucio Lucullo pro consule.

Quaere argumenta, si quae potes. Numquam enim hic, neque suo, neque amicorum iudicio revincetur.

[Interrogas cur tanto opere amamus hunc hominem? Quia dat nobis poemata. Necesse est enim habere hoc auxilium, ut reficiamur ex laboribus in foro, et ut stylum bonum pro orationibus excolamus. Forsan alii tantum temporis litteris dant, ut faciant nullum iructum pro aliis. Sed ego orationibus meis semper auxilium dedi multis. Multi homines tempus consumunt in ludis celebrandis, in conviviis, et etiam alveolo et pila. Si hoc eis licet, nonne licet mihi studiis litterarum delectari? Praesertim quia ex litteris habeo hanc facultatem oratoriam, quae numquam amicis defuit.]

Quaeres a nobis, Gratti, cur tanto opere hoc homine delectemur. Quia suppeditat nobis ubi et animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, et aures convicio defessae conquiescant. An tu existimas aut suppetere nobis posse quod cotidie dicamus in tanta varietate rerum, nisi animos nostros doctrina excolamus? aut ferre animos tantam posse contentionem, nisi eos doctrina eadem relaxemus? Ego vero fateor me his studiis esse deditum.

aerarium-public treasury
requirere-ask for
scilicet-sarcastic
quaestor-quaestor (minor officer)
census-enrolled
is quem...he whom you charge did not, even in his own opinion, share in the rights of Roman citizens, both made a will often,according to our laws, and received inheritances, and was listed among the beneficiaries reported to the treasury by Lucius Lucullus
si quae...if you can (find)any
revincere-convict
tanto opere-so much
reficere-refresh, restore
excolere-cultivate
ludus-game
convivium-banquet
alveolo et pila- on dice and ball-playing
suppeditare-furnish, supply

ubi-the means by which: forensis strepitus-noise of the courtroom: convicium-wrangling: defessus-wearied: An tu existimas...-Or do you think we could suffice(in matter) that we can speak on daily: contentio.-strife: deditus-devoted:

Ceteros pudeat, si qui ita se litteris abdiderunt ut nihil possint ex eis, neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucemque proferre. Me autem quid pudeat? qui tot annos ita vivo, iudices, ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit?

Quare quis tandem me reprehendat, aut quis mihi iure suscenseat si, quantum ceteris ad suas res obeundas, quantum ad festos dies ludorum celebrandos, quantum ad alias voluptates, et ad ipsam requiem animi et corporis conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique alveolo, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpsero? Atque hoc ideo mihi concedendum est magis, quod

ceteros pudeat-let others be ashamed
abdere - hide
aspectus-sight, appearance
ut a nullius...so that neither has my leisure withdrawn me ever from anyone's need or advantage, nor has pleasure taken me away,nor,finally,

ex his studiis haec quoque crescit oratio et facultas, quae, quantacumque est in me, numquam amicorum periculis defuit. Quae si cui levior videtur, illa quidem certe quae summa sunt, ex quo fonte hauriam sentio.
[Ex litteris didici me non debere omnia pericula timere, pro bono publico. Quia pleni sunt libri exemplorum optimorum hominum.]

Nam nisi multorum praeceptis multisque litteris mihi ab ab adulescentia suasissem nihil esse in vita magnopere expetendum nisi laudem atque honestatem, in ea autem persequenda omnis cruciatus corporis, omnia pericula mortis atque exsili parvi esse ducenda--numquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum cotidianos impetus obiecissem. Sed pleni omnes sunt libri, plenae [sunt] sapientium voces, plena exemplorum [est] vetustas. Quae iacerent in tenebris omnia, nisi litterarum lumen accederet. Quam multas nobis imagines -- non solum ad intuendum, verum etiam ad imitandum--fortissimorum virorum expressas scriptores et Graeci et Latini reliquerunt! Quas ego mihi semper in administranda re publica proponens, animum et mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

has sleep slowed me down. suscensére-be angry with (dat.) si quantum...if, as much(time) as consumed by others in attending to their affairs, in celebrating feasts with games...--(if) I take for myself that much (time) for cultivating these studies tempestivis conviviis-in early banquets (Romans started early--before 4 PM--rather than running late, with their poor lights.: egomet: intensive of ego :quantacumque...-as much as is in me: Quae si cui... And if this (ability of mine) seems to anyone rather slight, I at least know from what source to draw the things that are highest: expetere- seek out : honestas-honor: cruciatus-torment: parvi esse ducenda-should be considered slight: dimicatio-struggle: profligatus-corrupt(he alludes to his troubles with popular leaders seeking revenge for his execution of the conspirators): vetustas-antiquity: iacerent-would lie: accedere- be added: imagines...expressas-characters well drawn : cogitatio- thought:

Vocabularium

abdere,abdidit,abditus-hide, put away
impertire,4-impart,share with
irrepere,repsit,-creep in
suppeditare,1-supply

tanto opere-to such an extent, so much (cf.magnopere)

convicium,o-wrangling, reproach
ludus,o-game,school,play
mediocris,e,i-ordinary,mediocre
praeditus,a,um-endowed with(abl.)
scaenicus,a,um-pertaining to the stage(as noun:actor)
vetustas,tate,bona-old age, antiquity

English to Latin

(Review participles, outside ablative absolutes, as substitutes for clauses)

1. When the citizens of Locri listened to Archias reciting his own poems they were delighted. 2. Those who give much time to games should not charge me with idleness. 3. When he had said these things, they praised him with a loud voice. 4. By studying literature I am able to find rest for my ears that are weary with wrangling. 5. A man who is dedicated to these studies is surely worthy of citizenship in this city.

Quaestiones discutiendae

1. Saepe in hac lectione Cicero utitur figura rhetorica quae vocatur hendiadys. Inveniantur quam plura (as many as possible) exampla.

2. Cicero conatur hoc argumentum proponere: Locrenses, Regini , et alii, saepe civitatem donarunt etiam scaenicis artificibus. Certissime ergo donavissent huic poetae. Estne argumentum omnino firmum?
3. Cicero videtur putare illos esse reprehendendos qui convivia tempestiva celebrant. Nonne melius est incipere hora bona, quam in multam noctem convivium protrahere?
4. Si nomen Archiae revera erat in tabulis Metelli praetoris, quomodo poterat esse argumentum contra eum?

Lectio Vigesima Octava

[Interrogabitur: "Estne verum quod viri maximi litteris eruditi fuerunt?" Respondetur: Saltem verum est de multis. Etenim multi sunt boni ex natura sua sine doctrina sed etiam illi meliores erunt doctrina. Sed etiamsi si nullus alius fructus praeter animi remissionem veniret ex litteris, satis esset. Litterae enim possunt delectare homines omnibus vitae temporibus, etiam in senectute.]

Quaeret quispiam: "Quid? Illi ipsi summi viri, quorum virtutes litteris proditae sunt, istane doctrina, quam tu effers laudibus, eruditi fuerunt? "

Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen est certum quid respondeam. Ego multos homines excellenti animo ac virtute fuisse sine doctrina, et, naturae ipsius habitu prope divino, per se ipsos et moderatos et gravis exstitisse fateor. Etiam illud adiungo: saepius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam. Atque idem ego hoc contendo: cum ad naturam eximiam et illustrem, accesserit ratio quaedam conformatioque doctrinae -- tum illud nescio-quid praeclarum ac singulare solere exsistere! Ex hoc esse hunc numero quem patres nostri viderunt, divinum hominem, Africanum. Ex hoc, Gaium Laelium, Lucium Furium, moderatissimos homines et continentissimos. Ex hoc, fortissimum virum, et illis temporibus doctissimum, Marcum Catonem illum senem. Qui profecto, si nihil ad percipiendam colendamque virtutem litteris adiuvarentur, numquam se ad earum studium contulissent.

Quod si non hic tantus fructus ostenderetur, et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen, ut opinor, hanc animi remissionem humanissimam ac liberalissimam iudicaretis. Nam ceterae [remissiones] neque temporum sunt, neque aetatum omnium neque locorum. At haec studia adulescentiam acuunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent. Delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur!

Quod si ipsi haec neque attingere neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus, etiam cum in aliis videremus.

remissio-relaxation
quispiam-someone

proditae sunt-are revealed
efferre-extol
naturae ipsius habitu...-and with an almost divine quality of(from) nature itself
moderatus-self controlled
gravis:graves-influential
exstitisse: same as <u>fuisse</u>
idem-likewise
cum ad...when to an excellent and brilliant nature there comes(is added) a certain theoretical training and molding, then something remarkable and unique is accustomed to arise(normally arises).

Ex hoc: still depends on <u>contendo</u> (easier word order: Contendo ex hoc numero esse hunc Africanum): continens-temperate: profecto-surely: numquam: Cato had at first opposed Greek influences, later was converted: delectatio-pleasure: Nam ceterae...- For other relaxations do not belong to (are not suitable for) all times, nor ages, nor places: acuere-sharpen: oblectare- delight: secundas res-prosperity: perfugium-refuge: solacium-consolation: foris-abroad: pernoctare-spent night: peregrinari- go travelling: rusticari-go to the country: attingere-attain: gustare- taste:

[Nuper multi homines moti sunt morte Rosci, scaenici --quid dicendum est de illo viro qui excellit non motu corporis, sed ingenio! Saepe vidi hunc Archiam ex tempore scribere versus multos --et postea,revocatus a spectatoribus, scribere adhuc alios versus ex tempore de eisdem rebus. Quanto magis admiror ea quae cum multa cura scripsit! Revera, summi viri dicunt poetas fere a divino spiritu inspirari--sicut Ennius appellat poetas "sanctos". Etiam bestiae flecti possunt vocibus poetarum. Nos homines non flectemur?]

Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Rosci morte nuper non commoveretur? Qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. Ergo ille, corporis motu, tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus. Nos animorum incredibilis motus celeritatemque ingeniorum neglegemus?

Quotiens ego hunc Archiam vidi, iudices--utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc genere dicendi tam diligenter attenditis --quotiens ego hunc vidi, cum litteram scripsisset nullam, magnum numerum optimorum versuum de eis ipsis rebus quae tunc agerentur dicere ex tempore! quotiens revocatum eandem rem dicere, commutatis verbis atque sententiis! Quae vero accurate cogitateque scripsisset, ea sic vidi probari ut ad veterum scriptorum laudem perveniret. Hunc ego non diligam, non admirer, non omni ratione defendendum putem?

Atque sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus, ceterarum rerum studia ex doctrina et praeceptis et arte constare: poetam natura ipsa valere, et mentis viribus excitari, et quasi divino quodam spiritu inflari. Quare suo iure noster ille Ennius "sanctos" appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur.

Sit, igitur, iudices, sanctum apud vos, humanissimos homines,hoc poetae nomen, quod nulla umquam barbaria violavit. Saxa atque solitudines voci repondent . Bestiae saepe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Nos instituti rebus optimis non poetarum voce moveamur?

[Septem urbes Graecae volunt dicere Homerum, etiam post mortem eius, suum civem fuisse. Nos reiciemus hunc vivum poetam? poetam qui gloriam populi Romani versibus celebravit.]

Homerum Colophonii civem esse dicunt suum. Chii suum vindicant. Salaminii repetunt. Smyrnaei vero suum esse confirmant: itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt. Permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt.

Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt: nos hunc vivum, qui et voluntate et legibus noster est repudiamus? praesertim cum omne olim studium atque omne ingenium contulerit Archias ad populi Romani gloriam laudemque celebrandam! Nam et Cimbricas res adulescens attigit, et ipsi illi Gaio Mario, qui durior ad haec studia videbatur, iucundus fuit.

agrestis - boorish
venustas -charm
conciliare-win
benignitas-kindness
accurate...w.care and thought
ad veterum...he equalled the praise of ancient writers
constare-depend on
inflare-inspire
barbaria-barbarity
saxum-stone
immanis- savage
consistere-stop
Colophonii...-the people of Colophon.
Chios,Salamis, Smyrna-(Athens, Rhodes & Argos also claimed him).
vindicare- claim
delubrum-shrine
alienum-a foreigner (but Homer probably was a citizen of one of these)
cum omne...-when for a long time he has devoted all his zeal and ability to celebrating...
Cimbricas res-war with the Cimbri,defeated by Marius in 101 BC
durior--rather rough for these studies: he fought civil war with Sulla.

Vocabularium

acuere,acuit,acutus-sharpen
gustare,1-taste
oblectare,1-delight
peregrinari,1-go on a trip

agrestis,e,i-rustic,boorish
delectatio,one,magna-pleasure, pleasure, delight
immanis,e,i-savage, vast

remissio,one,bona-relaxation, let up
saxum, o- stone
solacium,o-consolation
venustas,tate,bona-charm

Pattern Practice

Cicero too likes to gain emphasis by using the pointer system on which we practiced last year (lesson 41), e.g., in this lesson: "Etiam illud adiungo: saepius...naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam." And in the next sentences he does it again. His examples, of course are a bit more complicated than those we saw last year, for he has two clauses following the pointers sometimes.

So let us refresh our acquaintance with this useful device. In the following group, repeat the pointer and the essential words of the principal clause to which the pointer refers (if there is also a dependent clause in the pointed-out-clause, you need not repeat it). Then translate the complete sentences, stressing the pointer. --Hoc semper credidi, poetas, quia divino inflantur spiritu, vere sanctos esse. Etiam illud adiungo, si septem urbes Graecae Homerum mortuum vindicant, nos debere hunc vivum cum gaudio accipere. Propterea Grattius hunc accusavit, quia Lucullos odit. Haec ideo dico ut vos magni ingeni virum quem multae urbes desiderant cum honore accipiatis. Quotiens hoc vidi: cum nullam scripsisset litteram, magnum numerum optimorum versuum eum ex tempore dicere. Hoc etiam animadvertere debemus, quod multae urbes Graecae hunc civitate donarunt.

Now here are some sentences to which pointers could be added. Add them, then translate. -- Etiam dico studium litterarum omnium temporum esse. Nemo debet nescire libros bonos nobiscum peregrinari, rusticari, pernoctare. Lucullus voluit Archiam apud exercitum esse ut res gestas suas litteris laudaret.Etiam Mario placuit quod hic poemata de rebus Cimbricis scribebat. Etiam Cato litteras amavit quia illis homines graves ad virtutem colendam adiuvantur. Respondeo multos homines excellenti animo fuisse sine doctrina, sed alios graviores exstitisse doctrina.

English to Latin

(Special uses of the imperfect tense of the indicative)

Note: The imperfect indicative is capable of expressing certain special ideas, notably, attempted action, and repeated or customary action,e.g., pontem frangebant- they were trying to break the bridge; pugnabant- they used to fight .

1. Grattius was trying to expel Archias from the city. 2. Archias used to come to my home often. 3. I was then trying to force Catiline to go into exile. 4. For a long time Catiline had been preparing an army (use <u>diu</u> w. impf.). 5. He used to speak many verses on many subjects <u>ex tempore</u>. 6. He had been saying for a long time (<u>iam dudum</u> with imperfect) that he wanted to destroy me. 7. He kept saying the same thing.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit optimum esse si homo habeat et naturae habitum bonum, et doctrinam. Si necesse esset unum ex duobus eligere, quid eligeres?
2. Unus locus in hac lectione maxime notus est ob pulchritudinem styli et doctrinae. Ubi est ?
3. Cicero dicit Archiam potuisse multos versus dicere ex tempore. Solentne nunc poetae hoc facere? Essetne valde bonum hoc conari facere?
4. Cicero dicit "ceterarum rerum studia ex doctrina et praeceptis et arte constare: poetam natura ipsa valere." Estne hoc omnino verum?
5. Cicero dicit etiam saxa voci respondere. De qua fabula cogitat?

Lectio Vigesima Nona

[Omnes homines amant suas laudes versibus celebrari. Ergo Marius dilexit Plotium poetam. Archias autem poemata scripsit de laudibus Lucii Luculli in bello Mithridatico. Hic enim aperuit terram novam, Pontum, et vicit innumerabiles copias Armeniorum, et servavit urbem nobis amicissimam Cyzicenorum. Similiter celebravit laudes nostras, quas habemus per Lucullum in pugna navali apud Tenedum. Sic Scipioni Africano carus fuit poeta Ennius.]

Neque enim quisquam est tam aversus a Musis, qui non mandari versibus, aeternum suorum laborum praeconium facile patiatur. Themistoclem illum, summum Athenis virum, dixisse aiunt -- cum ex eo quaereretur quod acroama, aut cuius vocem libentissime audiret: Eius a quo sua virtus optime praedicaretur. Itaque ille Marius item eximie Lucium Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea quae gesserat posse celebrari.

Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est. Qui libri non modo Lucium Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illustrant. Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum, et regiis quondam opibus, et ipsa natura et regione vallatum. Populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu innumerabilis Armeniorum copias fudit. Populi Romani laus est: urbem amicissimam Cyzicenorum, eiusdem consilio, ex omni impetu regio atque totius belli ore ac faucibus ereptam esse atque servatam. Nostra semper feretur et praedicabitur, Lucio Lucullo dimicante, cum, interfectis ducibus, depressa hostium classis est, incredibilis apud Tenedum pugna illa navalis. Nostra sunt tropaea. Nostra monumenta, nostri triumphi. Quae quorum ingeniis efferuntur, ab eis populi Romani fama celebratur.

Cyziceni-people of Cyzicus
Tenedus-Island of Tenedos(in Aegean)
aversus-averse, indisposed to
Musae-the Muses, 9 goddesses of the fine arts
praeconium-proclamation
facile-easily
Themistocles: father of the Athenian navy, 5th century B.C.
quod acroama-what entertainment
libentissime-most gladly
item - likewise
eximie-outstandingly
totum:inexact, Archias wrote only the part in which Lucullus was general, and was successful: 73-69 B.C.): illustrare-glorify: regius-royal: vallatus-defended, walled: innumerabilis: innumerabiles: fudit-routed: laus est: it is an honor of the Roman people that the city...was delivered: fauces-throat, jaws: Nostra: Nostra pugna illa incredibilis navalis apud Tenedum semper feretur: feretur: will be talked about: dimicare-fight to finish: tropaeum-trophy: Quae...- The fame of the Roman people is celebrated by those by whose genius these things (<u>quae</u>) are praised:

Carus fuit Africano superiori noster Ennius. Itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur in esse constitutus ex marmore. At eis laudibus certe non solum ipse qui laudatur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum huius proavus Cato tollitur: magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii, non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt. Nos hunc Heracliensem, multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate eiciemus?
[Non est verum dicere minorem gloriae posse haberi per versus Graecos, quam per Latinos. Fere toto orbe terrarum homines

Ennius: First great Roman poet to write hexameter epic
constitutus...-is depicted in marble
huius proavus-great grandfather of this(present Cato)
honos-honor(nominative)

Graeca intelligunt. Ergo nos, qui tanta gerimus, debemus habere hoc incitamentum laborum, quia pro gloria pugnamus. Hanc propter causam Alexander Magnus multos scriptores secum habuit. Hanc propter causam Pompeius civitatem donavit poetae cuidam cui nomen Theophanes. Certissime Archias, si civis non esset, civitatem ab aliquo imperatore accipere posset.]

Nam si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi quam ex Latinis, vehementer errat; propterea quod Graeca leguntur in omnibus fere gentibus; Latina suis finibus exiguis sane continentur. Quare si res eae quas gessimus orbis terrae regionibus definiuntur, cupere debemus, quo manuum nostrarum tela pervenerint, eodem gloriam famamque penetrare, quod cum ipsis populis de quorum rebus scribitur haec ampla sunt, tum eis certe qui de vita gloriae causa dimicant, hoc maximum et periculorum incitamentum est et laborum.

Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset: "O fortunate," inquit, "adulescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris!" Et vere. Nam nisi Ilias illa exstitisset, idem tumulus qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset.

decorare-honor
Rudinum:Ennius was born at Rudiae in Calabria
incitamentum-incentive
propterea quod-for since
exiguus-scanty (conquered peoples in Italy were then still mostly speaking their own languages, not Latin)
orbis terrae regionibus...are bounded by the ends of the earth
quo...that our fame and glory penetrate to the same point(<u>eodem</u>) to which (<u>quo</u>) our arms have come: quod cum...-since not only to the peoples about whose deeds the writing is done are these(poems) an honor, but also (because)surely for those who at risk of life fight for glory, this (glorification in literature) is a very great incentive....: cum...tum-not only...but also: in Sigeo- At Sigeum (promontory near Troy): tumulus-tomb: praeco-herald: Ilias-The Iliad (epic by Homer, in which Achilles is a great hero): obruere-blot out:

Quid? Noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, nonne Theophanem Mytilenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit? Et nostri illi fortes viri, sed rustici ac milites, dulcedine quadam gloriae commoti, quasi participes eiusdem laudis, magno illud clamore approbaverunt! Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur perficere non potuit. Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset. Quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subiecisset, quod epigramma in eum fecisset, tantum modo alternis versibus longiusculis, statim ex eis rebus quae tum vendebat iubere ei praemium tribui, sed ea condicione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset?

Quid? A Quinto Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset? Qui praesertim usque eo de suis rebus scribi cuperet, ut etiam Cordubae natis poetis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum, tamen auris suas dederet.

Magnus: Pompey
cum virtute...-made his fortune equal to his courage
Theophanem:Theophanes of Mitylene
contio-assembly
civitate donavit-presented with citizenship
rusticus-from the country
particeps-sharer in
credo-I suppose (ironic tone)
libellus -manuscript
subicere-hand up

epigramma- epigram:tantum modo...-merely with every other line a bit longer: vendebat: Sulla was holding an auction: ea condicione- on condition that he would not write... : sedulitas- diligence: ducere-consider: usque eo- to such an extent: Cordubae-at Cordova (in Spain): pingue...- having a sort of heavy and foreign sound: auris: aures:

Vocabularium

dimicare,1-fight to finish

libenter-gladly
propterea quod-since, for

incitamentum,o-stimulus,
praeconium,o-proclamation, praise
sedulitas,tate,longa-diligence, application
tropaeum,o-trophy
tumulus,o-mound,tomb

English to Latin

(Objective and infinitive used as that clauses)

1. That Archias writes these things is a great honor to the Roman people.
2. This pleases me greatly, that I see Archias honored by great generals.
3. That Alexander conquered all Persia is well known to us. 4. I consider this certain: that poets are inspired by the Muses. 5. It is a great incentive to work to see that great virtue receives great honor. 6. I would add this fact, that few men do not desire to be praised.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit: "Populus enim Romanus aperuit, Lucullo imperante, Pontum." Quare hoc modo loquitur?
2. Eratne verum Graeca legi in omnibus fere gentibus in temporibus Ciceronis?
3. Cicero dicit de Sulla: "Qui sedulitatem mali poetae duxerit aliquo tamen praemio dignam, huius ingenium...non expetisset?" Valetne argumentum?
4. Cicero dicit multos imperatores Romanos alienos civitate donasse. Faciebantne hoc iure?

Lectio Trigesima

[Omnes homines, praesertim optimi, trahuntur desiderio laudis. Magni imperatores hoc studio moventur. Et de me confitebor, me magnopere gloriam desiderare. Hic poeta iam incipit scribere poema de consulatu meo. Nam virtus nullam aliam mercedem pro laboribus et periculis desiderat. Non solummodo dum vivit, sed etiam post mortem hoc praemium cupit.]

Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest, sed prae nobis ferendum: trahimur omnes studio laudis. Et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi, etiam in eis libellis quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. In eo ipso in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt.

Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Iam vero ille qui cum Aetolis, Ennio comite, bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere.

Atque ut id libentius faciatis, iam me vobis, iudices, indicabo;

dissimulare-hide
obscurare-conceal
prae nobis...-should be admitted
libellus-little book
in eo ipso- in the very act
praedicationem...-praise
carmen-poem
aditus-entrances
Aetoli-Aetolians
comes-companion
Martis manubias-spoils of Mars (war)
prope armati-almost in their armor
delubrum-shrine

et de meo quodam amore gloriae--- nimis acri fortasse, verum tamen honesto -- vobis confitebor. Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque imperi, et pro vita civium, proque universa re publica gessimus, attigit hic [Archias] versibus atque inchoavit. Quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum adornavi. Nullam enim virtus aliam mercedem laborum periculorumque desiderat praeter hanc laudis et gloriae. Qua quidem detracta, iudices, quid est quod in hoc tam exiguo vitae curriculo et tam brevi, tantis nos in laboribus exerceamus?

togati-wearing the toga(i.e., in civilian life)
id: honor poets
quas res- the things which
attigit...-he has touched on and begun in his verses(seems that Archias never finished the poem): adornavi- I equipped him (i.e., gave him data): hanc: supply mercedem : Qua detracta- If this will be taken away: exiguus-scanty, small: curriculum- course:

Certe, si nihil animus praesentiret in posterum, et si quibus regionibus vitae spatium circumscriptum est, isdem omnis cogitationes terminaret suas, nec tantis se laboribus frangeret, neque tot curis vigiliisque angeretur, nec totiens de ipsa vita dimicaret. Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae, noctis ac dies, animum gloriae stimulis concitat; atque admonet non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam.

An vero tam parvi animi videamur esse omnes qui in re publica atque in his vitae periculis laboribusque versamur, ut, cum, usque ad extremum spatium, nullum tranquillum atque otiosum spiritum duxerimus, nobiscum simul moritura omnia arbitremur? An statuas et imagines, non animorum simulacra, sed corporum, studiose multi summi homines reliquerunt; consiliorum relinquere ac virtutum nostrarum effigiem nonne multo malle debemus, summis ingeniis expressam et politam? Ego vero omnia quae gerebam iam tum in gerendo, spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terrarum memoriam sempiternam. Haec vero, sive a meo sensu post mortem afutura est, sive, ut sapientissimi homines putaverunt, ad aliquam animi mei partem pertinebit, nunc quidem certe cogitatione quadam speque delector.

praesentire-look forward to
in posterum -in the future
si quibus..isdem- if it would limit all its thoughts within the same bounds

within which the space of life is circumscribed
angere-trouble
de ipsa vita- at risk of life itself
Nunc- But actually,
insidére-lie in
noctis: noctes
stimulus-goad

concitare-arouse: non cum...-that the memory of our name is not to be ended with the time of our life : adaequare-make equal: simulacrum- image: effigies-likeness: expressam et politam- formed and polished: in gerendo- in managing (the affairs of my consulship): spargere...- I thought I was scattering and sowing in the eternal memory of the world: sensus-consciousness: afutura est- will be absent: ut - as: sapientissimi: he has in mind esp. Socrates & Plato:

[Ergo servate hunc hominem, cuius pudor probatus est et dignitate et vetustate amicorum, cuius ingenium tantum est ut magni viri colant eum, cuius causa talis est ut comprobetur multis probationibus. Ergo accipite hunc hominem, qui ornavit versibus res gestas populi Romani.]

(Now to show the splendid balance of Cicero's structure in his conclusion, we print the last few lines in a form similar to that used for the opening of this oration.)

pudor-sense of honor
pudore eo-with such a sense of honor as
cum...tum-not only...but also

quantum id...as great as it is proper that that be considered which you see is sought out

by.... : causa...with a cause of such a sort as (which) : si qua...commendatio- if there should be any commendation... : ornare- adorned: sunt habiti - have been considered: levare-raise, relieve: acerbitas - harshness: Quae...ea: The ea clause should be translated ahead of quae. : pro mea...- in accord with my custom:

Quare,
conservate, iudices, hominem
pudore eo
    quem amicorum videtis comprobari
        cum dignitate
        tum etiam vetustate
ingenio autem tanto
    quantum id convenit existimari
        quod summorum hominum ingeniis expetitum esse videatis
causa vero eius modi
    quae beneficio legis
        auctoritate municipi
        testimonio Luculli
        tabulis Metelli
    comprobetur.
Quae cum ita sint,
petimus a vobis iudices,
    si qua non modo humana
        verum etiam divina
    in tantis ingeniis commendatio debet esse,
ut eum
    qui vos
    qui vestros imperatores
    qui populi Romani res gestas semper ornavit;
    qui etiam his recentibus nostris vestrisque domesticis periculis
        aeternum se testimonium laudis daturum esse profitetur,
    estque ex eo numero
        qui semper apud omnes sancti sunt habiti
                                        itaque dicti
sic in vestram accipiatis fidem
    ut humanitate vestra levatus potius
        quam acerbitate violatus esse videatur.
Quae de causa, pro mea consuetudine,breviter simpliciterque dixi, iudices,
ea confido probata esse omnibus.
Quae a forensi aliena iudicialique consuetudine
    et de hominis ingenio
    et communiter de ipso studio locutus sum,
ea, iudices, a vobis spero esse in bonam partem accepta
        ab eo qui iudicium exercet, certo scio.

Vocabularium

angere-trouble
obscurare,l-hide, conceal

cum...tum- not only...but also

aditus,u-approach, entrance
carmen,mine,longum-poem
simulacrum,o-likeness, image

English to Latin

(Review clauses of proviso)

1. If only men in future times will honor me, I will be happy. 2. Provided that there is a large wall between you and me, Catiline, I will be safe. 3. If only you show your usual kindness, judges, Archias will not have to fear. 4. I do not ask you for money, provided that all good men praise me. 5. If only Catiline does not leave his associates behind in the city, we will be delivered from a great fear.

Quaestiones discutiendae

1. Cicero dicit "Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur." Estne hoc verum?
2. De eadem re Cicero dicit: "Neque est hoc dissimulandum, sed prae nobis ferendum." Estne hoc bonum? Quid dixit S. Augustinus de eadem re? Quid dicendum est de differentia sententiarum?
3. Cicero loquitur de suo amore gloriae "nimis acri fortasse, verum tamen honesto." Estne hoc verum?
4. Credidit ne Cicero immortalitem animae? Quid dixit Plato de hac re?
5. Ex hac oratione, estne omino certum quod Archias revera factus erat civis Romanus?

Lectio Trigesima Prima

De Vita et Operibus Senecae

Lucius Annaeus Seneca natus est Cordubae in Hispania, fere anno quarto ante nativitatem Christi. Pater eius etiam scriptor erat, et saepe vocatus est "Seneca Rhetor" quia opera rhetorica scripsit, quae vocantur Suasoriae, et Controversiae. Seneca Pater eques erat et dives; mater eius erat Helvia. Etiam fratres duos habuit: M. Annaeum Novatum, qui etiam vocatur Gallio, et L. Annaeum Melam.Hic pater erat poetae Romani Lucani. Ille gubernator Romanus in Achaia erat, ante quem Sanctus Paulus accusatus est.

Ut patri suo placeret, amicus noster Seneca artem oratoriam didicit; sed studia ei magis quam leges et orationes placuerunt. Insuper valetudo eius non optima erat. Nihilominus, quaestor factus est, et hoc modo in senatum venit; et, imperante Caligula, vir bene notus fuit in aula imperatoris. Quodam tempore Caligua eum capitis damnare voluit, sed amicus imperatori dixit Senecam non bene valere, et mox naturali morte moriturum esse. Caligula itaque eum non interfecit. Cum autem Claudius imperator factus esset, in exsilium Seneca noster missus est. Vera causa non satis clara est. Probabiliter falso accusatus est quasi amator Juliae, sororis Caligulae. Quidquid sit, Seneca in Corsicam venit, anno post Christum natum 41, ibique remansit usque in annum 49. Prima parte exsilii, Seneca poenam fortiter tulisse videtur, sed postea sortem suam comploravit animo debili, adulationemque imperatoris scripsit, vane sperans eum permissurum sibi ut ab exsilio reverteretur. Tandem, per petitionem Agrippinae, uxoris novae imperatoris Claudii, revocatus est, praetorque factus est.

rhetor-rhetorician
eques-equestrian (middle class of Roman society)
Lucanus-Lucan
quaestor-quaestor (a minor official)
imperante Caligula-when Caligula was Emperor
aula-court
capitis damnare-condemn to death (poss.case of the charge or penalty)
falso- falsely
amator-lover
Quidqid sit- whatever it may be
Corsica-Corsica, an island near Italy
complorare-bewail
adulatio-flattery
vane-vainly

Etiam factus est magister filii Agrippinae, Lucii Domitii Ahenobarbi (pueri decem annorum) qui postea imperator Nero fuit. Influxus magistri in discipulum magnus erat. Cum Nero, annos habens 17, imperator factus esset, Seneca fere regebat Romam, valdeque dives factus est. Revera autem non semper consilium bonum dedit Seneca Neroni his annis, nimisque indulgens ei erat. Anno autem 55 post Christum, cum Nero mortem matris suae Agrippinae procuravisset, Senecae potestas minor facta est. E vita itaque publica cessit Seneca. Non multis annis post, anno 65, Nero, dicens Senecam partem habuisse in coniuratione Pisonis contra vitam imperatoris, Senecam venas suas aperire iussit. Quod fecit.

Multa opera scripsit Seneca. Praecipue: Dialogorum libros duodecim, septem vel octo libros de Naturalibus Quaestionibus, Tragoedias, et 124 Epistulas ad Lucilium. Ex his epistulis nonnullas legere volumus. Epistulae autem hae non sunt ordinariae epistulae, ob amicitiam vel negotium ad alium scriptae. Re vera sunt tractatus parvi de variis rebus, praesertim de rebus moralibus ex philosophia Stoica. Stoici autem philosophi docuerunt summum bonum hominis esse vivere secundum rationem -- omnia alia non solummodo inferiora esse, sed etiam indifferentia esse. Ita contra rationem rationem laudaverunt. Concedendum enim est rationem esse bonam, sed non sòlum ratio bona est. Sunt multa alia bona in hoc mundo, etiam bona altiora -- Deum scire et amare, eique servire. Stoici autem, putantes rationem solam esse bonam, docuerunt omnes affectus malos esse. Affectus enim, si vehementes sunt, possunt rationem impedire. Itaque eradicandae sunt, secundum Stoicos. Insuper, quia secundum Stoicos, omnia alia praeter rationem indifferentia sunt, non refert utrum homo in hac vita sit an moriatur. Itaque Stoici docuerunt, si difficultates huius vitae nimiae fiant, bonum philosophum sese interficere debere. Quod si se non interficit, Stoicus debet omnia mala tolerare summa patientia. Seneca autem sibi, et philosophiae suae non semper constabat. Paupertatem laudabat, sed inter divitissimos Romae erat. Fortitudinem in malis laudabat, sed etiam ad adulationem imperatoris descendit ut ex exsilio revocaretur. Nihilominus, bona multa in epistulis eius sunt. Christiani primorum saeculorum opera eius hac de causa amabant, et Sanctus Hieronymus, putans eum fere Christianum factum esse quia frater eius Gallio Sanctum Paulum audierat, Senecam inter scriptores Christianos posuit in libro suo de Viris Illustribus.

praetor- praetor (a rather high honorable office)
influxus-influence
procurare-obtain, bring about
vena-vein
dialogus-dialogue
tragoedia-tragedy
tractatus- treatise
Stoicus - Stoic
summum bonum- supreme good, highest good
concedendum est- it is to be conceded, admitted
affectus-emotion, attitude
eradicare-uproot, eradicate
non refert utrum- it makes no difference whether
nimius-excessive
sibi...constare- be consistent with self
paupertas,- poverty
Hieronymus- Jerome

Sed nunc legamus nonnullas epistulas Senecae ipsius.

Quomodo Homo Bonus Servos Tractabit

Libenter ex iis qui a te veniunt, cognovi familiariter te cum servis tuis vivere. Hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. "Servi sunt". Immo, homines. "Servi sunt." Immo, contubernales. "Servi sunt." Immo, humiles amici "Servi sunt." Immo, conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae.

Itaque, rideo istos, qui turpe existimant cum servo suo cenare. Quare? nisi quia superbissima consuetudo cenanti domino, stantium servorum turbam circumdedit? Est (from edere: eat) ille plus quam capit, et, ingenti aviditate onerat distentum ventrem, ac desuetum iam ventris officio -- ut maiore opera omnia egerat

tractare-treat, handle
familiariter- on friendly or familiar terms
eruditio-education
decet(impersonal)- it becomes
contubernalis- comrade

(from egerere: bring out, vomit) quam ingessit. At infelicibus servis, movere labra ne in hoc quidem, ut loquantur, licet. Virga murmur omne compescitur, et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt -- tussis, sternumenta, singultus. Magno malo, ulla voce interpellatum silentium luitur. Nocte tota ieiuni mutique perstant!

Sic fit, ut isti de domino loquantur, quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram dominis, sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput suum avertere: in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. Deinde, eisudem arrogantiae proverbium iactatur: totidem hostes esse, quot servos. Non habemus illos hostes, sed facimus.

conservus-fellow-servant(slave)
si cogitaveris...- if you realize that fortune has just as much power over both.
ridére-laugh(at)
cenare-dine
nisi quia-unless because a very proud custom has put a crowd of standing slaves around the master as he dines?: edere- eat(3.s-est): aviditas-greed, eagerness: onerare-burden (cf.onus) : distentum ventrem..streched stomach,unaccustomed to the duty of a stomach: egerere-bring out, vomit: ingerere-carry in: infelix-unhappy, luckless: labrum-lip: ne...quidem- not even: in hoc- to this end, for this purpose: virga-rod: compescere-restrain,hold in check: fortuitus- done by chance : verber-whip, lash: tussis,sternumenta,singultus-coughs,sneezes,hiccups: interpellare-interrupt: luere-atone for: ieiunus-fasting: mutus-silent: perstare-stand continually: At illi,quibus...- But they who conversed (to whom there was conversation) not only before but with the master.... : consuere-sew together: porrigere-reach out, stretch out: cervix-neck: arrogantia -arrogance, pride: iactare- toss about: totidem...quot--same number as:

Alia interim crudelia, inhumana praetereo--quod ne tamquam hominibus quidem, sed tamquam iumentis abutimur. Cum ad cenandum discubuimus, alius sputa distergit, alius reliquias temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aves scindit, alius, cui convivarum censura permissa est, perstat infelix, et spectat quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae revocet in crastinum. Adice obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat. Cum his cenare non sustinet! et maiestatis suae deminutionem putat, ad eandem mensam cum servo suo accedere. Di melius! Quot ex istis dominos habet! Stare ante limen Callisti dominum suum vidi, et eum, qui illi impegerat titulum, qui inter ridicula mancipia produxerat, aliis intrantibus, excludi. Rettulit illi gratiam servus ille in primam decuriam coniectus, in qua vocem praeco experitur. Et ipse illum invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit. Sed domino quam multa Callistus!

iumentum-beast of burden
abuti-abuse(w.abl.)
discumbere-recline
sputa distergit...- one mops up disgorged food,another crouches under the table and gathers up the leftovers of drunken guests,another cuts precious fowl, another,to whom is assigned(the task of)judging the guests,stands lucklessly, and sees whom flattery and intemperance of stomach or tongue should invite for the morrow: Adice obsonatores...-Add the caterers, who have a fine knowledge of the master's palate: sapor-taste: aspectus-appearance, sight: cuius novitate--by the newness of what will his stomach straighten out when he is about to vomit, what he scorns out of mere satiety, and what he is hungry for on that day.: maiestas-majesty: deminutio-lessening, diminution: Di melius--may the gods(grant) something better: quot-how many: Stare ante limen- I saw his(former)master stand before the door of Callistus, and (I saw) him (the master) who had hung the sale ticket on him, who had brought him out among the worthless slaves, shut out while others entered. (Callistus was a favorite of the Emperor, and had been a slave sold by his master as worthless-- but later the ex-master came to call on him,

and was not admitted): Rettulit...gratiam...--He,the slave who had been cast into the first lot, on which the auctioneer tries out his voice,returned the favor.: invicem apologavit--cut him off the list (of callers) in turn : sed domino quam multa - but how many things Callistus (did) to (his former) master!

Vocabularium

cenare,l-dine
complorare,l-bewail, weep
eradicare,l-uproot, eliminate
onerare,l-burden

adulatio,one,mala-flattery
cervix,vice,longa-neck
infelix,felici-unhappy
influxus,u-influence

Pattern Practice

Many good authors, including Seneca, Cicero and St. Augustine, like to use relatives with the antecedent understood, i.e., cui may stand for ille qui. And, of course, other cases may be used too. So let us refresh our acquaintance with this device, and also expand it into some further developments.

Read the following sentences, then repeat them, changing the qui into a suitable expanded form in Latin. Then translate each example, working from the original unexpanded form. Sample: Qui colitur, etiam amatur. Answer: Ille qui colitur, etiam amatur.--Qui male tractat servos, in periculo est. Qui amant dominum, eum servabunt ex periculo. Cuius dominus bonus est, bene laborat. Cuius servi boni sunt, non est in periculo. Quorum domini mali sunt, vitam duram habent. Quibus loqui cum domino non licet, eum non amant. Cui dominus bonus est, etiam in tormentis tacebit. A quo servus punitur, non colitur. Quem dominus punit, non libenter laborat. Quos domini bene tractant, etiam cervicem porrigent.

But now let us try a few examples in which the ille, or other antecedent to be supplied, is not always in the nominative. Sample: Quem servi oderunt, interficient. Answer: Illum quem servi oderunt, interficient. --Quem servi amant, colent. Quos domini laborantes vident, honorabunt. Quibus loqui non licebat, dominus verbera dedit. Quibus superbia placet, cum servis loqui non placet. Cuius orationibus adiuvatur Archias, vitam versibus celebrare debet.Cuius versibus delectamur, petitionem exaudire debemus.

English to Latin

(Review constructions with refert and interest)

1. It makes a great difference whether slaves love or fear their masters. 2. The Stoics say that it makes no difference to a philosopher whether he is sick or well. 3. He says that it makes no difference to him whether he is dead or alive. 4. It makes a great difference to Cicero and to me whether or not Archias is a citizen. 5. It makes a great difference to Plato whether he is a slave or a free man.

Quaestiones discutiendae

1. Stoici dixerunt quod vivere secundum rationem non est solummodo summum bonum, sed solum bonum. Quia hoc dixerunt, impossibile erat vivere secundum rationem. Quare?
2. Seneca dixit non magnopere referre utrum homo dives esset an pauper. Quare ergo voluit Seneca ipse dives esse?
3. Stoici dixerunt se posse semper felices esse virtutibus suis, sine auxilio deorum. Quid in eorum sententiis maxime contradicit huic promissioni?
4. Seneca dicit quod Hecuba,Croesus,mater Darei, Plato, et Diogenes servi facti sunt. In qua condicione fuerant ante hoc?

Lectio Trigesima Secunda

Continuatur Epistola Senecae: Quomodo Homo Bonus Servos Tractabit

Vis tu cogitare istum, quem servum tuum vocas, ex isdem seminibus ortum, eodem frui caelo, aeque spirare, aeque vivere aeque mori! Tam tu illum videre ingenuum potes quam ille te servum. Variana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit. Alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem, in quam transire, dum contemnis, potes!

Nolo in ingentem me locum immittere, et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa est: sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. "At ego", inquis, "nullum habeo dominum." Bona aetas est; forsitan habebis. Nescis, qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Platon, qua Diogenes?

Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte, et in consilium, et in convictum. Hoc loco adclamabit mihi tota manus delicatorum: "Nihil hac re humilius, nihil turpius." Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes manum. Ne illud quidem videtis: quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem familiae appellaverunt, servos(quod etiam in mimis adhuc durat) familiares. Instituerunt diem festum, non quo solo cum servis domini vescerentur, sed quo utique. Honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt, et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt.

"Quid ergo? Omnes servos admovebo mensae meae?" Non magis quam omnes liberos. Erras, si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut, puta, illum mulionem, et illum bubulcum.Non ministeriis illos aestimabo, sed moribus. Sibi quisque dat mores: ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum, quia digni sunt; quidam, ut sint. Si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat sine artifice; tempta, et experiere. Quem ad modum stultus est, qui, equum empturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex condicione,quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat.

"Servus est." Sed fortasse liber animo. "Servus est." Hoc illi nocebit? Ostende, quis non sit. Alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem, dabo ancillulae divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum!

ex eisdem seminibus ortum-sprung from the same stock(the human race)
frui(w.abl.)-enjoy
aeque-equally
spirare-breathe
tam...quam- as well... as
ingenuus-free-born
Variana clade--in the defeat of Varus (in 9 A.D.in Germany)
senatorium...-beginning a senatorial career through military service
deprimere,crush
casa-hut,cottage

contumeliosus-insulting
locus-topic
Quotiens in mentem-As often as it comes to mind how much it is permitted to you(to do)against a slave, let it come into mind that as much is permitted to your master(to do)against you.
quotiens-as often as
bona aetas est--it is still early
forsitan-perhaps
comiter- as a companion
convictus-living together socially

adclamare-cry out: manus delicatorum-band of the wanton: deprehendere-catch:osculari-kiss: quam omnem invidiam... how our ancestors took away all ill feeling from masters, all insult from slaves? : contumelia-insult: detrahere-take something (obj.)away from(dat.)

quod- a thing which: mimus-mime,farcical play:durare-last, endure: familiaris-establish, institute: festum-feast(here: the Saturnalia, in December): non quo solo...-not on which alone...but on which for sure(utique): ius dicere-pronounce judgment: pusillus-small: mensa-table: quasi--on the grounds that they are (men) of the dirtier tasks, as, for example, that mule-driver, that herdsman: ministerium-task, service: aestimare-value, judge: mores-character: casus-chance: assignare-assign: ex sordida conversatione-from dirty tasks: servilis-slave-like: honestiorum convictus-association with more honorable men: excutiunt-shake out, remove: Non est...quod-there is no reason why: curia-senate house: cessat sine artifice--stands idle without a craftsman(to work on it): experiere:experieris-you will find out: Quem ad modum- just as: inspiciunt-look at, examine: stratum...ac frenos-saddle and bridle: condicio-rank: vestis modo-like a garment: circumdare-put around: dabo--I will show you: consularem- a man of consular rank: anicula- a little old woman: ancillula- a maid-servant: mancipium-property, possession: pantomimus-pantomime player:

Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant, quo minus servis tuis hilarem te praestes, et non superbe superiorem. Colant potius te, quam timeant. Dicet aliquis nunc me vocare ad pilleum servos, et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi: "Colant potius dominum quam timeant." "Ita, inquit," prorsus: colant tamquam clientes, tanquam salutatores?" Hoc qui dixerit, obliviscetur id dominis parum non esse, quod deo sat est. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo facere te iudico, quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione uteris: verberibus muta admonentur.

Non quicquid nos offendit, et laedit. Sed ad rabiem nos cogunt pervenire deliciae, ut quicquid non ex voluntate respondit, iram evocet. Regum nobis induimus animos. Nam illi quoque, obliti et suarum virium, et imbecillitatis alienae, sic excandescunt, sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint. A cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant quaerendo. Acceperunt iniuriam ut facerent.

Diutius te morari nolo; non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent, inter cetera, boni mores: placent sibi, permanent. Levis est malitia, saepe mutatur, non in melius, sed in aliud. Vale.

quare-wherefore
fastidiosus-finicky
deterrére-deter
quo minus-lest, so that..not
hilaris-cheerful, friendly
te...praestare--make yourself
colere-respect
pilleus-freedom cap, freedom
fastigium-lofty position
deiciunt-throw down
Ita inquit: Does he plainly say this: "Let them pay respects like clients, like early callers?"(an imaginary objection): obliviscetur id...will forget that that is not too little for masters which is enough for a god. He who is revered, is also loved: uteris: from uti(w.abl.)-use: castigatio- punishment muta-dumb animals: Non quicquid-Whatever offends us does not also harm us.:rabies-madness,rage: deliciae-pleasures, delights:ex voluntate respondit-corresponds to our will: evocare,1-call forth: regum...-we put on the attitude of kings: oblitus(w.poss.)-forgetting: imbecillitas-weakness: excandescere-take fire, be irritated: saevire-rage: magnitudo-greatness: praestare-make: captare-try to seize, snatch at: acceperunt iniuriam--they take offense: exhortatio-exhortation, urging: levis-light, fickle:

De Exercitatione Corporali

Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus aetatem, primis epistulae verbis adicere: "Si vales, bene est; ego valeo." Recte nos dicimus: "Si philosopharis, bene est." Valere autem hoc demum est. Sine hoc aeger est animus. Corpus quoque, etiam si magnas habet vires, non aliter quam furiosi aut phrenetici validum

exercitatio-exercise
adiciunt- add
philosophari-study philosophy

est. Ergo hanc praecipue valitudinem cura, deinde et illam secundam, quae non magno tibi constabit, si volueris bene valere. Stulta est enim, mi Lucili, et minime conveniens litterato viro, occupatio exercendi lacertos, et dilatandi cervicem, ac latera firmandi; cum tibi feliciter sagina cesserit, et tori creverint, nec vires umquam opimi bovis, nec pondus aequabis. Adice nunc, quod maiore corporis sarcina animus eliditur, et minus agilis est. Itaque, quantum potes, circumscribe corpus tuum, et animo locum laxa. Multa sequuntur incommoda huic deditos curae: primum, exercitationes, quarum labor spiritum exhaurit, et inhabilem intentioni ac studiis acrioribus reddit. Deinde, copia ciborum subtilitas impeditur. Accedunt pessimae notae mancipia in magisterium recepta, homines inter oleum et vinum occupati, quibus ad votum dies actus est, si bene desudaverunt, si in locum eius, quod effluxit, multum potionis, altius ieiunio iturae, regesserunt. Bibere et sudare vita cardiaci est.

demum-really, indeed
furiosi aut phrenetici-(the body) of a madman or lunatic
validus-strong
non magno tibi constabit--will not cost you much
conveniens-fitting
exercendi lacertos ...-developing upper arms,broadening shoulders,strengthening lungs

feliciter sagina cesserit...-feeding turns out well, and sinews have grown: opimus-corpulent: aequare.equal: elidere-strangle: agilis-active: circumscribere-limit: laxare-enlarge, relax: incommodum-disadvantage, damage: exhaurire-drain out: inhabilem intentioni-unsuitable for exertion, application: reddere-render, make: subtilitas,tate magna-exactness: Accedunt--Slaves of a bad stamp accepted as teachers come also(are added to the evils): ad votum--according to their wish: desudare-sweat: effluere- flow out: multum.... they have put back much drink, which will go deeper because of their fasting.: cardiacus-a dyspeptic, having fever and perspiration:

Sunt exercitationes et faciles et breves, quae corpus et sine mora lassent, et tempori parcant, cuius praecipua ratio habenda est: cursus, et cum aliquo pondere manus motae, et saltus vel ille, qui corpus in altum levat, vel ille qui in longum mittit, vel ille, ut ita dicam, "saliaris," aut, ut contumeliosius dicam, "fullonius"--cuiuslibet ex his elige usum rudem,facilem. Quicquid facies, cito redi a corpore ad animum. Illum noctibus ac diebus exerce; labore modico alitur ille. Hanc exercitationem non frigus, non aestus impediet, ne senectus quidem. Id bonum cura, quod vetustate fit melius. Neque ego te iubeo semper imminere libro aut pugillaribus; dandum est aliquod intervallum animo, ita tamen ut non resolvatur, sed remittatur. Gestatio et corpus concutit, et studio non officit; possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire--quorum nihil ne ambulatio quidem vetat fieri.

lassare-tire
cuius praecipue...-which should be chiefly considered (i.e.,time should be considered)
cursus-running
saltus-jump
levare-raise
ut ita dicam- so to speak
saliaris...-like that of the jumping priests(of Mars)

or, to say it in a slighting way, that of the laundryman(--refers to treading on clothes in the tub): cuiuslibet-of any you wish: rudis-simple: modicus-moderate: frigus-cold: aestus-heat: senectus-old age: Id bonum cura-take care of that good: imminére...-hang over books and writing tablets: non resolvatur...-not be unstrung but rested: gestatio-riding in a litter : concutiunt-shake up: officiunt-hinder(w.dat.): dictare-dictate: ambulatio-walking: vetare-forbid,prohibit:

Nec tu intentionem vocis contempseris, quam veto te per gradus et certos modos extollere, deinde deprimere. Quid si velis deinde quemadmodum ambules discere? Admitte istos, quos nova artificia docuit fames: erit qui gradus tuos temperet, et buccas edentis observet, et in tantum procedat, in quantum audaciam eius patientia et credulitate produxeris. Quid ergo? A

intentio vocis-voice culture
per gradus...-to raise it through steps and certain modes, and then to lower it

clamore protinus et a summa contentione vox tua incipiet? Usque eo naturale est paulatim incitari, ut litigantes quoque a sermone incipiant, ad vociferationem transeant. Nemo statim Quiritium fidem implorat. Ergo, utcumque tibi impetus animi suaserit, modo vehementius fac convicium, modo lentius, prout vox quoque te hortabitur, in id latus. Modesta, cum recipies illam revocarisque, descendat, non decidat; media oris via abeat, nec indocto et rustico more desaeviat. Non enim id agimus, ut exerceatur vox, sed ut exerceat.

artificium-art (there were charlatans who pretended to teach needless things, being in need of a way to make a living)

erit qui--there will be one who will guide your steps(teach you to walk): buccas edentis--your cheeks while you eat: in tantum procedat..--will go so far as you draw on his boldness by patience and gullibility: protinus - at once: summa contentione--with great exertion: usque eo- to such an extent: paulatim- little by little: litigare-wrangle: vociferatio-shouting: Quiritium fidem--appeals for help to the citizens : utcumque-in whatsoever way: impetus animi- your soul's impulse: modo...modo--now...now: convicium-clamor: lentus-slow: prout-according as: in id latus--when moved to it: modesta(vox)--let the voice come down in a controlled manner: decidere-fall down: rusticus-boorish: desaevire-cease raving: Non enim id agimus- For we do not aim at this(namely) that the voice be exercised, but that it exercise(us):

Detraxi tibi non pusillum negotii; una mercedula et unum Graecum ad haec beneficia accedet. Ecce insigne praeceptum: "Stulta vita ingrata est et trepida; tota in futurum fertur." "Quis hoc," inquis, " dicit," Idem qui supra. Quam tu nunc vitam dici existimas stultam? Babae et Isionis? Non ita est. Nostra dicitur, quos caeca cupiditas in nocitura, certe numquam satiatura praecipitat; quibus si quid satis esse posset, fuisset; qui non cogitamus quam iucundum sit nihil poscere, quam magnificum sit plenum esse nec ex fortuna pendere. Subinde itaque, Lucili, quam multa sis consecutus recordare. Cum aspexeris, quot te antecedant, cogita, quot sequantur. Si vis gratus esse adversus deos et adversus vitam tuam, cogita, quam multos antecesseris. Quid tibi cum ceteris? Te ipse antecessisti.

Finem constitue, quem transire ne velis quidem, si possis. discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam assecutis. Si quid in illis esset solidi, aliquando et implerent. Nunc haurientium sitim concitant. Mittantur speciosi apparatus. Et quod futuri temporis incerta sors volvit, quare potius a fortuna impetrem, ut det, quam a me, ne petam? Quare autem petam? Oblitus fragilitatis humanae congeram? In quid laborem? Ecce, hic dies ultimus est. Ut non sit--prope ab ultimo est. Vale.

detrahere-take away something (obj.)from someone(dat.) mercedula-little present accedet: will be added to (will come to) insignis-notable, outstanding ingratus-ungrateful, unpleasant trepidus-fearful tota in futurum-it rushes along wholly toward the future. Idem--(Epicurus) Baba,Isio--Baba was a court fool--Ision probably the same: Nostra dicitur-Our life is meant, whom blind greed plunges into things that will never satisfy; if anything could have sufficed for us(quibus) it would have (by now); : magnificus-great, noble: subinde-therefore: consequi-obtain: recordare-(imp.) remember: antecedere-go before, be ahead of: Quid tibi cum ceteris?-What have you to do with others?: insidiosus-treacherous: sperantibus...--better to those who hope (for them) than to those who have attained (them): Si quid in illis- If there were anything solid in them,sometime they would fill (you) (but) now (as it is): speciosi apparatus--let showy arrays be given up (mittantur): Et quod...- And why should I rather seek from fortune what the uncertain lot of the future contains than(that I should obtain) from myself that I do not ask (for such things?): oblitus-forgetting(w.poss.): fragilitas-frailty: congerere-heap up: In quid--for what: Ut non sit-- Even though it may not be, it is next to last.

Vocabularium

durare,1-last, endure, harden
saevire,4-rage, rave

forsitan-perhaps
non est quod - there is no reason why
utcumque- in some way, in whatsoever way

contumelia,a-insult
contumeliosus,a,um-insulting
lentus,a,um-slow
pusillus,a,um-little

English to Latin

(In translating these sentences, try to leave as many words as possible understood, to be supplied)

1. The master treated him badly, but he did many things to the master. 2. Some slaves have cruel masters, others have proud but kind masters. 3. This man is a slave to greed, that man is in a worse way (peius) a slave to lust. 4. Do you not see that the Romans of ancient times gave punishment to bad slaves, but many gifts to good slaves? 5. Each one gives himself his moral character (mores), but chance gives him his duties. 6. I saw one man who was a slave of a cruel master, and another who was a slave of a kind master.

Quaestiones discutiendae

1. Seneca fere dicit"Omnes homines aequales creantur." Ubi dicit hoc? Revera habet eundum sensum ac dictum Americanum?
2. Seneca dicit: "Sic cum inferiore vivas, quemadmodum tecum superiorem velis vivere." Quid simile est in doctrinis Christianis?
3. Seneca dicit:"Cum tibi feliciter sagina cesserit, et tori creverint, nec vires umquam opimi bovis, nec pondus aequabis." Quid sequitur ex hoc argumento? Valetne argumentum?
4. Seneca verba Epicuri citat: "Stulta vita...tota in futurum fertur." Quid significant haec verba? Estne sententia Senecae bona vel vera?
5. Seneca etiam dicit: "Finem constitue, quem transire ne velis quidem si possis. Discedant aliquando ista insidiosa bona et sperantibus meliora quam assecutis." Quis etiam similia dixit? Suntne haec vera?

Lectio Trigesima Tertia

De Festis et Ieiuniis

December est mensis; cum maxime civitas sudat. Ius luxuriae publicae datum est. Ingenti apparatu sonant omnia, tamquam quicquam inter Saturnalia intersit et dies rerum agendarum. Adeo nihil interest, ut non videatur mihi errasse, qui dixit olim mensem Decembrem fuisse, nunc annum.

Si te hic haberem, libenter tecum conferrem, quid existimares esse faciendum: utrum nihil ex cotidiana consuetudine movendum, an - ne dissidere videremur cum publicis moribus - et hilarius cenandum, et exuendam togam. Nam, quod fieri nisi in tumultu et tristi tempore civitatis non solebat, voluptatis causa ac festorum dierum vestem mutavimus. Si te bene novi, arbitri partibus functus, nec per omnia nos similes esse pilleatae turbae voluisses,

cum maxime-just now
sudare-sweat
apparatus-preparations
nihil-same as non
interesse-it makes a difference
Saturnalia--the Saturnalia,a feast in December(feast was originally only 5 days long)

nec per omnia dissimiles. Nisi forte his maxime diebus animo imperandum est, ut tunc voluptatibus solus abstineat, cum in illas omnis turba procubuit. Certissimum enim argumentum firmitatis suae capit, si ad blanda et in luxuriam trahentia nec it, nec abducitur. Hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo, siccum ac sobrium esse -- illud temperatius, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus, et eadem, sed non eodem modo, facere. Licet enim sine luxuria agere festum diem.

conferre-confer, consult,compare
dissidére- be different from
hilarius cenandum- we should dine more festively and take off the toga.

toga-toga(the normal outer garment, taken off and replac ed by the synthesis, a gaudy dinner-dress): quod fieri--that which used to happen only in a disturbance and sad time: partibus functus--playing the role of judge: pilleatae turbae--the crowd wearing liberty caps: animo imperandum- we should command our soul that it...: procumbere-rush in : blandus-enticing: Hoc multo fortius...-This is much more courageous(namely) to be dry and sober when the people are drunk and vomiting --that is more temperate, not to withdraw oneself: ceterum- as for the rest: insignire-put a mark on, distinguish :

Ceterum, adeo mihi placet temptare animi tui firmitatem, ut ex praecepto magnorum virorum tibi quoque praecipiam: interponas aliquot dies quibus contentus minimo ac vilissimo cibo, dura atque horrida veste dicas tibi: "Hoc est quod timebatur?" In ipsa securitate animus ad difficilia se praeparet, et contra iniurias fortunae inter beneficia firmetur. Miles in media pace decurrit, sine ullo hoste vallum iacit, et supervacuo labore lassatur, ut sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Hoc multi secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, prope ad inopiam accesserunt, ne umquam expavescerent quod saepe didicissent.

Non est nunc quod existimes me dicere Timoneas cenas, et pauperum cellas, et quicquid aliud est, per quod luxuria divitiarum taedio ludit; grabatus ille verus sit, et sagum et panis durus ac sordidus. Hoc triduo et quatriduo fer--interdum pluribus diebus, ut non lusus sit, sed experimentum. Tunc, mihi crede, exultabis dipondio satur, et intelleges ad securitatem non opus esse fortuna; hoc enim quod necessitati sat est, dat et irata.

interponere-set aside,put in between
aliquot- a certain number, some
horridus-rough
decurrere-run
vallum-rampart
supervacuus-gratuitous,superfluous
lassare- make weary
necessario(supply: labori)
Quem... You must train beforehand, him whom you wish not to tremble

in the thing (crisis) itself.: umquam- ever: expavescere, -become greatly terrified: dicere Timoneas...-mean meals like Timon's or "poor men's huts"--the rich usually had one room furnished very plainly in which to live at times, to relieve the boredom (taedium) of much luxury--divitiarum taedio ludit.: grabatus-pallet(poor type of low couch): sagum- coarse blanket or mantle: sordidus-dirty: triduo et quatriduo--for three or four days: interdum- at times: lusus-game,sport: experimentum-test: exultare-leap up, exult: dipondio satur--when you are filled with 2¢ worth of bread: dat et irata---(fortune) gives even when angry:

Non est tamen quare tu multum tibi facere videatis. Facies enim, quod multa milia pauperum faciunt. Illo nomine te suspice, quod facies non coactus, quod tam facile erit tibi illud pati semper quam aliquando experiri. Exerceamur ad palum. Et, ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris. Securius divites erimus, si scierimus, quam non sit grave pauperes esse.

Certos habebat dies ille magister voluptatis Epicurus, quibus maligne famem extingueret, visurus, an aliquid deesset ex plena et

non est quare--there is no reason why
Illo nomine...On this account esteem yourself, that....

consummata voluptate, vel quantum deesset, et an dignum quod quis magno labore pensaret. Hoc certe in his epistulis ait, quas scripsit Charino magistratu ad Polyaenum. Et quidem gloriatur non toto asse se pasci, Metrodorum, qui nondum tantum profecerit, toto. In hoc tu victu saturitatem putas esse? Et voluptas est. Voluptas autem non illa levis et fugax, et subinde reficienda, sed stabilis et certa. Non enim iucunda res est aqua et polenta aut frustum hordeacei panis, sed summa voluptas est posse capere etiam ex his voluptatem, et ad id se deduxisse, quod eripere nulla fortunae iniquitas possit. Liberaliora alimenta sunt carceris; sepositos ad capitale supplicium non tam anguste, qui occisurus est, pascit. Quanta est animi magnitudo ad id sua sponte descendere, quod ne ad extrema quidem decretis timendum sit! Hoc est praeoccupare tela fortunae.

tam facile-it will be as easy for you to endure it always as to experience it at one time.
ad palum- at the stake(a post used in practice by the gladiators)
imparatus- unprepared
maligne--in a sparing fashion

visurus an- to see whether anything was lacking to full and complete happiness, or how much was lacking, and whether(what was lacking was) worthy that one should buy(it) with great labor.: Charino...-when Charinus was magistrate(of Athens--Archon--in 308 B.C.) non toto asse...-that he eats at (a cost of) not a whole as (a small coin) (while) Metrodorus, who has not yet made so much progress (eats at a cost of) a whole (as): victus-living: saturitas-satiety,sufficiency: levis-light: fugax-fleeting: subinde reficienda-that is to be constantly reinkindled: aqua et polenta...-water, barley-meal and crust of barley bread: liberalis-generous, free: alimentum-food: seponere-set aside: anguste-sparingly: sua sponte-of one's own accord: ne ad...--not even by those condemned to the extreme (penalty) : praeoccupare-forestall:

Incipe ergo, mi Lucili, sequi horum consuetudinem, et aliquot dies destina, quibus secedas a tuis rebus, minimoque te facias familiarem, Incipe cum paupertate habere commercium. "Aude, hospes, contemnere opes, et te quoque dignum finge deo." Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit. Quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, ut illas intrepide possideas. Quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi, si illas tamquam exituras semper aspexeris.

Sed iam incipiamus epistulam complicare. "Prius," inquis, "redde quod debes." Delegabo te ad Epicurum, ab illo fiet numeratio:"Immodica ira gignit insaniam." Hoc quam verum sit, necesse est scias, cum habueris et servum et inimicum. In omnes personas hic exardescit affectus; tam ex amore nascitur quam ex odio, non minus inter seria quam inter lusus et iocos. Nec interest, ex quam magna causa nascatur, sed in qualem perveniat animum. Sic ignis non refert quam magnus, sed quo incidat. Nam etiam maximum solida non receperunt. Rursus, arida et corripi facilia scintillam quoque fovent, usque in incendium. Ita est, mi Lucili, ingentis irae exitus furor est, et ideo ira vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis. Vale.

destinare-establish, choose
secedere-withdraw(note the force of the prefix <u>se</u>-:aside,apart--cf.also seponere above)
commercium-business relations
Aude--the quote is from Vergil, Aeneid 8.364.
interdicere-forbid
intrepide-without fear
Quod uno- And this you will attain in (only) one way, if you convince yourself that you will live happily even without them: tamquam exituras-- as those about to flee from you: complicare-fold up: delegare-send, refer:numeratio-payment(counting out) immodicus-immoderate: gignere-beget,bear,bring forth: Hoc quam...It is necessary (that) you know how true this is....: exardescere-flame up:tam...quam-as well...as: serius-serious: iocus-joke: interest- it makes a difference: quo- to what place: maximum(supply: <u>ignem</u>): aridus-dry: corripi facilia--things that are easily caught, inflammable things: scintilla-spark: incendium-blaze: exitus-outcome: furor-rage,madness: vitare-avoid

De Bono Mansuro

"Tu me," inquis, "mones? Iam enim te ipse monuisti, iam correxisti? Ideo aliorum emendationi vacas?" Non sum tam improbus, ut curationes aeger obeam, sed tamquam in eodem valitudinario iaceam, de communi tecum malo colloquor, et remedia communico. Sic itaque me audi, tamquam mecum loquar. In secretum te meum admitto, et, te adhibito, mecum exigo. Clamo mihi ipse: "Numera annos tuos, et pudebit eadem velle, quae volueras puer, eadem parare. Hoc denique tibi circa mortis diem praesta: moriantur ante te vitia. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas; non venturae tantum, sed praeteritae nocent. Quemadmodum scelera, etiam si non sint deprehensa cum fierent, sollicitudo non cum ipsis abit; ita improbarum voluptatum etiam post ipsas paenitentia est. Non sunt solidae, non sunt fideles: etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum mansurum circumspice. Nullum autem est, nisi quod animus ex se sibi invenit. Sola virtus praestat gaudium perpetuum, securum; etiam si quid obstat, nubium modo intervenit, quae infra feruntur, nec umquam diem vincunt."

emendatio-betterment,correction
vacare-be free from(w.abl.) or for (with dat.)
improbus-base, wicked
curationes obeam--go about to cure
valitudinarium-sick-room,hospital,infirmary
colloqui-speak with, converse
communicare-communicate,share

te adhibito--having taken you along: mecum exigo--I make a reckoning with myself: pudet-it causes shame to: praestare-grant, give: turbidus-turbulent: magno luendas--to be paid for at a great price: scelus- crime: sollicitudo-worry, sollicitude, regret: paenitentia-regret, repentance: circumspiciunt-look around at or for: Nullum autem-There is no (permanent good) except what the soul...: obstare-stand against,hinder(w.dat.): nubium modo- like clouds: infra feruntur-pass below:

Quando ad hoc gaudium pervenire continget? Non quidem cessatur adhuc, sed festinetur. Multum restat operis, in quod ipse necesse est vigiliam, ipse laborem tuum impendas, si effici cupis. Aliud litterarum genus adiutorium admittit. Calvisius Sabinus, memoria nostra, fuit dives. Et patrimonium habebat libertini, et ingenium; numquam vidi hominem beatum indecentius. Huic memoria tam mala erat, ut illi nomen modo Ulixis excidere, modo Achillis, modo Priami, quos tam bene quam paedagogos nostros novimus. Nemo vetulus nomenclator, qui nomina non reddit, sed imponit,tam perperam tribus quam ille Troianos et Achivos persalutabat. Nihilominus eruditus volebat videri.

continget--will it happen
Non quidem...You are not stopping yet, but you should hasten(cessatur and festinetur are both impersonal--stopping is not being done, by you, etc.)

Multum restat- Much work remains, on which it isnecessarythat you expend your watchfulness, your labor if you wish(it) to be accomplished.: adiutorium admittit-- admits of help: memoria nostra-within our memory: patrimonium libertini--the inheritance of a freedman: beatum indecentius--more improperly rich: Ulixis,Achillis,Priami- Ulysses, Achilles,Priam--great heroes of the Trojan War: ut illi nomen...excideret- so that now he forgot the name of Ulysses, now of..... : modo...modo-now...now:paedogogus-pedagogue, attendant: vetulus nomenclator--old major-domo(who called out names of guests at a reception): non reddit...-does not give back(their right name), but imposes(a new name): perperam-badly: tribus-tribe: persalutare-call off:

Hanc itaque compendiariam excogitavit: magna summa emit servos, unum, qui Homerum teneret, alterum, qui Hesiodum; novem praeterea lyricis singulos assignavit. Magno emisse illum non est quod mireris; non invenerat--faciendos locavit. Postquam haec familia

compendiaria-short-cut
excogitare-think out

illi comparata est, coepit convivas suos inquietare. Habebat ad pedes hos, a quibus subinde cum peteret versus, quos referret, saepe in medio verbo excidebat. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum arrosor, et, quod sequitur arrisor, et, quod duobus his adiunctum est, derisor, ut grammaticos haberet analectas. Cum dixisset Sabinus centenis milibus sibi constare singulos servos; "Minoris", inquit, "totidem scrinia emisses". Ille tamen in ea opinione erat, ut putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari coepit, ut luctaretur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. Cum Sabinus respondisset: "Et quomodo possum? Vix vivo." "Noli, obsecro te," inquit "istuc dicere; non vides quam multos servos valentissimos habeas?" Bona mens nec commodatur nec emitur. Et puto, si venalis esset, non haberet emptorem. At mala cotidie emitur.

Sed accipe iam quod debeo, et vale. "Divitiae sunt ad legem naturae composita paupertas." Hoc saepe dicit Epicurus aliter atque aliter; sed numquam nimis dicitur, quod numquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt. Vale.

Homerum...Hesiodum...novem lyricis-Homer, Hesiod, the 9 lyric poets (Greek)
assignare-assign
Magno emisse-There is no reason why(non est quod) you should be surprised that he bought tham at a great(price).
faciendos locavit--he arranged(for them) to be made--he had them made to order
comparare-obtain

conviva-fellow-diner: inquietare-disturb: Habebat ad pedes- He had at his feet these (slaves) (and when) he, at times, asked verses from them(quibus) to repeat, he would forget in the middle of a word.: subinde-from time to time,thereupon, repeatedly:arrosor...arrisor ...derisor--feeder on(gnawer)...fawner(one who smiles at)...mocker(one who laughs at): quod duobus...and that which goes with these two... :adiungere,-join to, add:grammaticos... analectas--grammatical crumb gatherers: centenis milibus....each slave cost him 100,000 (sesterces): minoris...at a smaller price you could have bought so many book-cases: luctari-wrestle: pallidum,gracilem--pale, slender: istuc-that: valens-strong: commodare-loan: venalis-up for sale: emptor- buyer: ad legem...adjusted according to the law of nature: aliter atque aliter.--in various ways: inculcare-stamp in:

Vocabularium

adiungere,iunxit,iunctus-add,join to
dissidére,sedit,sessurus-differ from be remote from
lassare,l-make weary
pudet,puduit(impers.)-it makes ashamed

interdum-at times, meanwhile
subinde-thereupon repeatedly continually
umquam-ever

exitus,u-outcome,way out
fugax,aci-fleeting
immodicus, a,um-immoderate
lusus,u-game,sport,play
scintilla,a-spark

English to Latin

(Review use of tanto...quanto...and eo...quo:patterns of lesson 13)

1. Seneca says that the more a man has the more he will want. 2. The more vehemently a man is moved by anger, the less clearly is he able to see the truth. 3. The less a man desires riches, the happier he will be according to Seneca. 4. The more others give themselves over to luxury, the less the philosopher should agree with them. 5. The more foolish a man is, the more he loves riches.

Quaestiones discutiendae

1. In his duobus epistulis, Seneca utitur verbis Epicuri. Quam doctrinam tenebat Epicurus? Eratne similis doctrinis Stoicorum? Quare probabiliter Seneca citat (quotes) eum saepe?

2. Seneca hortatur ut amicus suus quibusdam diebus habitet in casa, ut comedat cibos viles etc. Estne hoc simile operibus poenitentiae Christianae? Quibus modis simile vel dissimile est?
3. Seneca dicit: "ira vitanda est, non moderationis causa, sed sanitatis." Vult Seneca omnem iram, etiam moderatam, vitare? Quid dicebant Stoici de ira et aliis affectibus? Quid dixit Cicero de hac re (in: De Amicitia 13, 48)?
4. Seneca etiam citat Epicurum dicentem: "Divitiae sunt ad legem naturae composita paupertas. Estne hoc verum?

Lectio Trigesima Quarta

De Fuga a Seipso

Hoc tibi soli putas accidisse, et admiraris quasi rem novam, quod peregrinatione tam longa, et tot locorum varietatibus non discussisti tristitiam gravitatemque mentis? Animum debes mutare, non caelum! Licet vastum traieceris mare, licet, ut ait Vergilius noster, "Terraeque urbesque recedant," sequentur te, quocumque perveneris, vitia. Hoc idem querenti cuidam Socrates ait: "Quid miraris nihil tibi peregrinationes prodesse, cum te circumferas? Premit te eadem causa, quae expulit." Quid terrarum iuvare novitas potest? Quid cognitio urbium aut locorum? In irritum cedit ista iactatio. Quaeris quare te fuga ista non adiuvet? Tecum fugis. Onus animi deponendum est; non ante tibi ullus placebit locus. Talem nunc esse habitum tuum cogita, qualem Vergilius noster vatis inducit iam concitatae, et instigatae, multumque habentis in se spiritus non sui: "Bacchatur vates, magnum si pectore possit excussisse deum." Vadis huc, illuc, ut excutias insidens pondus, quod ipsa iactatione incommodius fit, sicut in navi onera immota minus urgent, inaequaliter convoluta citius eam partem, in quam incubuere, demergunt. Quicquid facis, contra te facis, et motu ipso noces tibi; aegrum enim concutis.

peregrinatio-trip
tot- so many
varietas-variety
discutiunt-shake off
tristitia-sadness
gravitas- heaviness
vastus- vast
traiciunt-cross
quocumque-to whatever place
circumferre- carry about
queri- complain
in irritum-in vain
cedere-turn out
iactatio-tossing about, vanity

habitus-state: qualem...such as our Vergil represents(to be the state) of a seer who is already aroused and goaded into fury, and having much of a spirit that is nor her own within herself.: Bacchatur...-The seer raves (to see if) she may shake out the god from her heart. : excutiunt-shake off or out: insidens-weighing upon: sicut in navi- just as in a ship the stationary cargo is less a burden, but the cargo that has rolled to one side weighs down quickly that part into which it settles.

At cum istud exemeris malum, omnis mutatio loci iucunda fiet; in ultimas expellaris terras licebit, in quolibet barbariae angulo colloceris, hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. Magis quis veneris quam quo, interest, et ideo nulli loco addicere debemus animum. Cum hac persuasione vivendum est: "Non sum uni angulo natus, patria mea totus hic mundus est." Quod si liqueret tibi, non admireris nil adiuvari te regionum varietatibus in quas subinde priorum taedio migras. Prima enim quaeque placuisset, si omnem tuam crederes. Nunc non peregrinaris, sed erras, et ageris, ac locum ex loco mutas, cum illud quod quaeris, bene vivere, omni loco positum sit. Num quid tam turbidum fieri potest quam forum? Ibi quoque licet quiete vivere, si necesse sit. Sed si liceat disponere se, conspectum quoque et viciniam fori procul

eximere-remove,
mutatio-change
in ultimas....-Although(licebit)you be expelled into the farthest lands
in quolibet...-in whatever corner of barbarism you be placed
qualiscumque-of whatever sort

fugiam. Nam ut loca gravia etiam firmissimam valetudinem temptant, ita bonae quoque menti necdum adhuc perfectae et convalescenti sunt aliqua parum salubria. Dissentio ab his, qui in fluctus medios eunt, et tumultuosam probantes vitam, cotidie cum diffiicultatibus rerum magno animo colluctantur. Sapiens feret ista, non eliget, et malet in pace esse quam in pugna. Non multum prodest vitia sua proiecisse, si cum alienis rixandum est. "Triginta," inquit "tyranni Socraten circumsteterunt, nec potuerunt animum eius infringere." Quid interest, quot domini sint? Servitus una est. Hanc qui contempsit, in quantalibet turba dominantium liber est.

Tempus est desinere, sed si prius portorium solvero. "Initium est salutis notitia peccati." Egregie mihi hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se nescit, corrigi non vult; deprehendas te oportet, antequam emendes. Quidam vitiis gloriantur; tu existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala sua virtutum loco numerant? Ideo, quantum potes, te ipse coargue, inquire in te; accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissime, deprecatoris. Aliquando te offende. Vale.

Magis quis- It makes more difference who(you are who come)than where(you come to) interest. it makes a difference
addicere-give over, sell
persuasio-persuasion, attitude
angulus-corner
liquére-be clear
Prima enim- For the very first (land) would have pleased you

disponere-arrange,dispose of: vicinia-vicinity: procul-far: loca gravia-pestilential places: ita bonae- so some(places) are not very wholesome even for a good soul, which is not yet perfect,(but) is on the way to health.: dissentire-differ,disagree: colluctari-wrestle: rixare-quarrel: Socraten-(Greek obj.sing.)-Socrates: infringere-break: servitus-slavery: dominari- be master: portorium-duty: solvere-pay: notitia-knowledge: deprehendas te- it is necessary that you catch yourself: emendare-emend,improve,better, correct: tu existimas- do you think that(they) think: virtutum loco- as virtues(in the place of virtues): coarguere-prove guilty: accusatoris....- first act in the role of accuser, then, of judge, finally of pleader.:

De Silentio et Studiis

Peream, si est tam necessarium quam videtur silentium in studia seposito. Ecce, undique me varius clamor circumsonat! Supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera vocum quae in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur, et manus plumbo graves iactant; cum aut laborant, aut laborantem imitantur,gemitus audio; quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas respirationes; cum in aliquam inertem, et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisae manus humeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus supervenit, et numerare coepit pilas, actum est. Adice nunc scordalum, et furem deprehensum, et illum cui vox sua in balneo placet. Adice nunc eos qui in piscinam cum ingenti impulsae aquae sono saliunt. Iam libari varias exclamationes, et botularium, et crustularium, et omnes popinarum institores, mercem sua quadam et insignita modulatione vendentis.

in studia seposito--for one given over(set aside) for study
varius-varied
circumsonare-sound about, resound
balneum-bath
in odium...which can make one hate his ears
plumbum- lead
retentum spiritum ... they let out the breath that had been held in: sibilus-hissing sound: acerbus-harsh: respiratio-breathing: cum in aliquem... when I come upon(happen to hear) some lazy man, who is satisfied with a cheap anointing (rub-down), I hear the crack of the dashed hand on his shoulders, which, according as it comes down flat or hollow... : pilicrepus-score counter: pila-ball: actum est- it is done(that does it) scordalum...furem-quarrelsome....thief: piscina-pool: impulsus-struck: salire-leap, jump: libari...botularium... crustularium... popinarum institores--cake seller, sausageman, confectioner, food vendor:

merx-gain, goods: insignita modulatione- with distinctive intonation: vendentis: vendentes

"O te," inquis, "ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos constat, cum Chrysippum nostrum assidua salutatio perducat ad mortem." At, mehercules, ego istum fremitum non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit. Magis mihi videtur vox avocare quam crepitus. Illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his, quae me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono, et fabrum inquilinum, et serrarium vicinum, et hunc qui ad Metam Sudantem tubulas experitur et tibias, nec cantat, sed exclamat.

ferreus-of iron
surdus-deaf
cui mens...constat --for whom the mind remains (sane)
dissonus-dissonant
assidua salutatio-constant good mornings

mehercules- by Hercules: fremitus-roar: deiectus aquae-falling of water: fragor-crash: avocare-distract, call away: crepitus-noise: verberare-beat: avocatio-distraction: circumstrepere-echo around: essedas transcurrentes--passing carriages: fabrum...- the worker in hard materials in the same block, the saw-sharpener nearby, and the one who tries little pipes and flutes at the Sweating Post, and....

Etiam nunc molestior est mihi sonus qui intermittitur subinde quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duravi, ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse, nec avocari ad externa; omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissideant, nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si affectus fremunt? "Omnia noctis erant placida composta quiete." Falsum est. Nulla placida est quies, nisi quam ratio composuit. Nox exhibet molestiam, non tollit, et sollicitudines mutat. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt quam dies. Illa tranquillitas vera est, in quam bona mens explicatur. Aspice illum, cui somnus laxae domus silentio quaeritur, cuius aures ne quis agitet sonus, omnis servorum turba conticuit, et suspensum accendentium propius vestigium ponitur. Huc nempe versatur atque illuc, somnum inter aegritudines levem captans. Quae non audit, audisse se queritur. Quid in causa putas esse? Animus illi obstrepit. Hic placandus est, huius compescenda seditio est, quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus. Interdum quies inquieta est.

Et ideo ad rerum actus excitandi, ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quotiens nos male habet inertia, sui impatiens. Magni imperatores, cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, et expeditionibus detinent. Numquam vacat lascivire districtis. Nihilque tam certum est quam otii vitia negotio discuti.

sonus-sound
intermittere-interrupt
pausarium...the boatswain giving the time in a harsh voice to the rowers
licet-although:although everything resounds outside
resonare-resound
intus-within
tumultus-uproar
dum-provided that
rixari-quarrel
fremere-rage
placida...-lulled in peaceful rest(a quote from the lost work, the Argonautica of Varro Atacinus)
exhibére-provide

molestia-trouble,burden: sollicitudo-care: insomnium-sleepless moment: explicare-relax: somnus-sleep: laxus-broad, wide: agitare-disturb: conticescere-be silent: suspensum...-the step of those who come near is put down suspended(tip-toe): nempe-namely: versari-turn: aegritudo-sickness: captare-grasp at: obstrepere-make a noise at: Hic placandus-This must be appeased, its rebellion must be repressed--and you must not think it (quem) quiet if the body is in bed,: compescere-restrain, hold in check: tractatio-handling: inertia,sui impatiens-sluggishness, impatient with itself: expeditionibus detinent-- keep them busy with small excursions: numquam vacat--there is never time for the busy to be wanton: nihilque tam- and nothing is so certain as that the evils of idleness are removed by being busy

Saepe videmur taedio rerum civilium et infelicis atque ingratae stationis paenitentia secessise. Tamen in illa latebra, in quam nos timor ac lassitudo coniecit, interdum recrudescit ambitio. Non enim excisa desiit, sed fatigata, aut etiam obirata rebus parum sibi cedentibus. Idem de luxuria dico, quae videtur aliquando cessisse, deinde, frugalitatem professos sollicitat, atque, in media parsimonia, voluptates non damnatas, sed relictas petit, et quidem eo vehementius , quo occultius. Omnia enim vitia in aperto leniora sunt. Morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt ac vim suam proferunt. Et avaritiam itaque et ambitionem, et cetera mala mentis humanae tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt.

infelicis...-regret over an unsuccessful and thankless position (Seneca is now in retirement, after having been Nero's tutor)
lassitudo-weariness
recrudescere-break open afresh

Non enim excisa-For (my ambition) has ceased, not because it was uprooted(excisa), but because it was wearied, or even angered at things that did not give way much to it.: frugalitatem ...- it troubles those who profess to live a sparing life: parsimonia-frugality, sparingness: eo vehementius...-the more hiddenly, the more violently: lenis-mild: inclinare-tend towards: ex abdito-from hiding: erumpere-break forth: simulata...-they hide in feigned health:

Otiosi videmur, et non sumus. Nam si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contemnimus, ut paulo ante dicebam nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas, solidasque iam et certas. Leve illud ingenium est, nec sese adhuc reduxit introrsus, quod ad vocem et accidentia erigitur. Habet intus aliquid sollicitudinis, et habet aliquid concepti pavoris, quod illum curiosum facit, ut ait Vergilius noster:

> Et me quem dudum non ulla iniecta movebant
> tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,
> nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
> suspensum, et pariter comitique onerique timentem.

otiosus-at leisure
receptus-retreat: receptui-sound the retreat
speciosus-beautiful
speciosa-outward attractions
paulo ante-a little before
avocare-distract
avis-bird

concentus-music,harmony: introrsus-inwards: accidentia-chance sounds: erigere-raise, stimulate, arouse: concepti pavoris-of rooted fear: curiosus-full of care: Et me,quem-And now all breezes terrify me, whom a while ago no hurled weapons disturbed, nor the Greeks massing opposite me in the line--every sound excites me, being tense, fearing both for my companion and my burden (Aeneas, a Trojan hero, is leaving burning Troy, carrying his father and leading his child)

Prior ille sapiens est, quem non tela vibrantia, non arietata inter se arma agminis densi, non urbis impulsae fragor territat. Hic alter imperitus est, rebus suis timet, ad omnem crepitum expavescens. Quem una quaelibet vox, pro fremitu accepta, deicit; quem motus levissimi exanimant; timidum illum sarcinae faciunt. Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum "comitique onerique timentem."

Tunc ergo te scito esse compositum, cum ad te nullus clamor pertinebit, cum te nulla vox tibi excutiet: non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono vana circumstrepet. "Quid ergo? Non aliquando commodius est et carere convicio?" Fateor. Itaque, ego ex hoc loco migrabo. Experiri et exercere me volui. Quid necesse est diutius torqueri, cum tam facile remedium Ulixes sociis etiam adversus Sirenas invenerit? Vale.

Prior ille--(Aeneas as he was when alone, without fear for his father and child)
tela vibrantia-hurtling weapons
arietata....-arms of a packed line clashing against each other, and the stricken city
territare-frighten

Hic alter(Aeneas now that he has taken up his father and child): imperitus-ignorant: crepitus-noise: expavescere- become very much afraid: pro fremitu accepta- taken for(as though it were) a roar: deiciunt-disturb, cast down: motus-movement: exanimare-make breathless: compositum-at peace with yourself: tibi excutiet-shake you out of yourself: blandietur...minabitur...-not if it flatter, not if it threaten, not if it make vain noises about you with empty sound.: commodus-advantageous,suitable: Ulixes:Ulysses on passing the land of the Sirens stopped the ears of his companions with wax so they could not hear the sound, and had them row by quickly.:

Vocabularium

compescere,pescuit-restrain,repress
dissentire,sensi,sensus-differ, disagree
dominari,l-rule,lord it over
emendare,l-improve,better,amend
liquére,liquit,(licuit)-be clear, evident
salire,saluit,saltus-leap, jump

procul-far off, from afar

acerbus,a,um-harsh
lenis,e,i-mild
mutatio,one,magna-change
notitia,a-knowledge, acquaintance
tristitia,a-sadness

Pattern Practice

In lesson 31 we practiced on the use of qui for ille qui. Now we need to refresh our acquaintance with qui (especially at the start of a sentence) for Et Ille. (There are at least a couple of examples in this lesson. Can you find them?)

Read these sentences. Then repeat them, expanding the qui into et ille. Then translate each example. Of course, not all will be in the nominative. Sample. Qui cum Neroni non placeret e vita publica cessit. Answer: Et ille, cum Neroni non placeret....-- Qui cum trepidus mente erat, a se fugere conatus est. Quae studia, si nos eis dederimus, omnibus vitae temporibus nos adiuvabunt. Quem quamquam surdus non erat varii soni a bonis rebus non avocarunt. Quorum voces, quia in balneis erant, videbantur optimae esse. Quem cum comiti timeret omnis sonus terruit. Quod cum tam malum sit vehementer mihi displicet. Cui quia homo improbus erat pecuniam dare noluit. Quae quia occulta sunt, multo periculosiora sunt. Qui quanto vehementius Catilinam timuit, tanto fortius locutus est. Quem cum consilia coniurationis non nesciret, Catilina occidere voluit.

English to Latin

(Review gerundive standing for English gerund with an object)

1. In fleeing from present evils, a man can easily run into other, even graver evils.
2. Seneca is one of the philosophers who wrote about despising riches. 3. By avoiding anger he hopes to leave his mind open to true wisdom. 4. He will show his wisdom in choosing good things and avoiding evil things. 5. The work of cultivating virtue is difficult.
6. Seneca wrote much about repressing emotions.

Quaestiones discutiendae

1. Seneca dicit de Socrate, quando stetit in medio triginta tyrranorum: "Quid interest quot domini sint? Servitus una est." Estne hoc verum de hominibus qui tyranni sunt? Estne verum de vitiis tyrannicis?
2. Seneca etiam citat Epicurum dicentem: "Initium est salutis notitia peccati." Quid de hac re dici potest hodie ex psychologia de mente subconscia?
3. Seneca etiam dicit: "Si bona fide sumus, si speciosa contemnimus, nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas." Estne verum?
4. Seneca confitetur se habitavisse supra balneum quia "Experiri et exercere me volui." Quid dicendum de tali sententia?

Lectio Trigesima Quinta

De Habitu Philosophorum

Quod pertinaciter studes, et, omnibus omissis, hoc unum agis, ut te meliorem cotidie facias, et probo et gaudeo; nec tantum hortor ut perseveres, sed etiam rogo. Illud autem te admoneo, ne, eorum more, qui non proficere sed conspici cupiunt, facias aliqua quae in habitu tuo aut genere vitae notabilia sint. Asperum cultum, et intonsum caput, et neglegentiorem barbam, et indictum argento odium, et cubile humi positum, et quicquid aliud ambitionem perversa via sequitur, evita. Satis ipsum nomen philosophiae, etiamsi modeste tractetur, invidiosum est: quid si nos hominum consuetudini coeperimus excerpere? Intus omnia dissimilia sint; frons populo nostra conveniat. Non splendeat toga: ne sordeat quidem. Non habeamus argentum in quod solidi auri caelatura descenderit, sed non putemus frugalitatis indicium auro argentoque caruisse. Id agamus ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam; alioquin quos emendari volumus, fugamus a nobis, et avertimus. Illud quoque efficimus, ut nihil imitari velint nostri, dum timent ne imitanda sint omnia.

pertinaciter-persistently
hoc unum agis ut--you aim at this one thing(namely) that....
eorum more- in the fashion of those who
proficiunt-make progress
habitus-dress, state
notabilis-provoking comment
Asperum....-avoid harsh attire, uncut hair, neglected beard, an announced hatred of silver(dishes), a bed on the ground:
perversus -wrong, perverse: evitare-avoid: modeste-moderately: invidiosus-unpopular
quid si nos-what if we begin to withdraw ourselves from the customs of(other) men?:
frons-outward appearance: splendére-gleam: sordére- be dirty: in quod solidi--on which a relief work of solid gold has been put(descenderit): frugalitas-frugality,sparingness: indicium-indication, proof: Id agamus ut- Let us aim at this(namely) that we....: vulgus-crowd: alioquin-otherwise: quos emendari volumus,fugamus- we put flight those(supply eos)whom we wish should be improved:

Hoc primum philosophia promittit: sensum communem, humanitatem, et congregationem. A qua professione dissimilitudo nos separabit. Videamus ne ista, per quae admirationem parare volumus, ridicula et odiosa sint. Nempe, propositum nostrum est secundum naturam vivere: hoc contra naturam est, torquere corpus suum, et faciles odisse munditias, et squalorem appetere, et cibis non tantum vilibus uti, sed taetris et horridis. Quemadmodum desiderare delicatas res luxuriae est, ita usitatas, et non magno parabiles fugere,dementiae. Frugalitatem exigit philosophia, non poenam: potest autem esse non incompta frugalitas. Hic mihi modus placet: temperetur vita inter bonos mores et publicos; suspiciant omnes vitam nostram, sed agnoscant.

sensum communem, humanitatem,et congregationem-a feeling of fellowship with all men, elegant manners, and sociability
professio-program
dissimilitudo-dissimilarity
odiosus-hateful
nempe-that is
propositum-purpose,aim: secundum naturam-according to nature: faciles munditias--cleanness that is easily obtained: squalor-filth: appetere-seek: Quemadmodum desiderare-Just as to desire dainties is characteristic of luxury(predicate poss.),so, to avoid customary things, which are obtainable at no great price, is characteristic of madness: exigere-demand: incomptus-unkempt: modus-golden mean: temperare,...-steer between the ways of the wise man and the ways of the world.: suspiciant...-let all admire our life, but understand it:

"Quid ergo? Eadem faciemus quae ceteri? Nihil inter nos et

inspiciunt,-look at

illos intererit? Plurimum. Dissimiles esse nos vulgo sciat, qui inspexerit propius. Qui domum intraverit, nos potius miretur quam supellectilem nostram. Magnus ille est, qui fictilibus sic utitur quemadmodum argento. Nec ille minor est, qui sic argento utitur quenadmodum fictilibus. Infirmi animi est pati non posse divitias.

Sed ut huius quoque diei lucellum tecum communicem, apud Hecatonem nostrum inveni cupiditatium finem etiam ad timoris remedia proficere. "Desines," inquit, "timere, si sperare desieris." Dices: "Quomodo tam diversa pariter eunt?" Ita est, mi Lucili: cum videantur dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodum eadem catena et custodiam et militem copulat, sic ista, quae tam dissimilia sunt, pariter incedunt; spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire. Utrumque pendentis animi est, utrumque futuri exspectatione solliciti. Maxima autem utriusque causa est, quod non ad praesentia aptamur, sed cogitationes in longinqua praemittimus. Itaque providentia, maximum bonum condicionis humanae, in malum versa est. Ferae pericula quae vident fugiunt; cum effugere, securae sunt. Nos et venturo torquemur et praeterito. Multa bona nostra nobis nocent. Timoris enim tormentum memoria reducit, providentia anticipat. Nemo tantum praesentibus miser est. Vale.

supellectilem nostram-our household furnishings
fictile-earthenware vessel
infirmi animi...-it is the characteristic of a weak spirit not to be able to endure riches
lucellum-bit of gain
apud Hecatonem-in the works of our Hecato
communicare-share with
cupiditatium(irregular poss.pl.)-of desires
custodia-prisoner
copulare-join

incedere-walk: Utrumque pendentis animi- Each is characteristic of a mind that is in suspense,each is characteristic of (a mind) troubled with expectation of the future.: sollicitus-troubled: non ad praesentia--we do not apply ourself to the present: in longinqua-far ahead: praemittere-send ahead: providentia-foresight: condicio-state: fera-wild beast: effugere:effugerunt : anticipare-anticipate, look ahead to:

De Navigatione

Quid non potest mihi persuaderi, cui persuasum est ut navigarem? Solvi mari languido. Erat sine dubio caelum grave nubibus, quae fere aut in aquam aut in ventum resolvuntur. Sed putavi tam pauca milia a Parthenope tua usque Puteolos subripi posse, quamvis dubio et impendente caelo. Itaque, quo celerius evaderem, protinus per altum ad Nesida derexi, praecisurus omnes sinus. Cum iam eo processissem, ut mea nihil interesset utrum irem an redirem, primum aequalitas illa, quae me corruperat, periit. Nondum erat tempestas, sed iam inclinatio maris, ac subinde crebrior fluctus. Coepi gubernatorem rogare, ut me in aliquo litore exponeret. Aiebat ille aspera esse, et importuosa, nec quicquam se aeque in tempestate timere quam terram.

Solvi...-I set(sail) on a calm sea
quae fere..--which usually develops either into
Parthenope...from your Parthenope (Naples) toPuteoli
subripi posse-could be snatched
quamvis-although (shows the abl.abs.

to be transl. with although): impendente caelo--with an overhanging sky: quo celerius--in order that...more quickly: protinus-straight, at once: ad Nesida direxi,praecisurus --I headed for Nesis, intending to cut across all the inlets.: eo processissem--had gone to such a point: mea nihil interesset- it made no difference to me: aequalitas-calm(sea): corrumpere-entice,deceive: inclinatio-leaning,pitching: gubernator-pilot: litus-shore: asper-rough: importuosus-without a port:

Peius autem vexabar quam ut mihi periculum succurreret. Nausea enim me segnis haec et sine exitu torquebat, quae bilem movet, nec effundit. Institi itaque gubernatori, et illum, vellet

Peius...-I was too sick to think of the danger

nollet coegi peteret litus. Cuius ut viciniam attigimus, non expecto, ut quicquam ex praeceptis Vergili fiat: "Obvertunt pelago proras" aut "Ancora de prora iacitur." Memor artificii mei, vetus frigidae cultor, mitto me in mare, quomodo psychrolutam decet, gausapatus. Quae putas me passum, dum per aspera erepo, dum viam quaero, dum facio? Intellexi non immerito nautis terram timeri. Incredibilia sunt quae tulerim, cum me ferre non possem. Illud scito, Ulixem non fuisse tam irato mari natum, ut ubique naufragia faceret: nauseator erat. Et ego,quocumque navigare debuero, vicensimo anno perveniam.

(literally:sicker than that danger should occur to me)
nausea-sea-sickness
segnis-slow, sluggish
bilis- bile

vellet,nollet--whether he wished or not: coegi peteret- I forced (that) he head for shore: vicinia-vicinity: attingere-touch,reach, attain: Obvertunt--they turn the prow to the sea (Aeneid 6.3 and 3.277): ancora-anchor: Memor artifici mei- remembering my skill as a veteran devotee of cold water: psychroluta-cold-water bather: gausapatus-clothed in shaggy wool: asper-rough: erepere-creep out: immerito-improperly: nautis--by the sailors(dat.instead of: a nautis--unusual): Illud scito- Know this: that Ulysses was not so much born to an angry sea, so that he had shipwrecks everywhere: he was subject to seasickness.: quocumque- to whatever place:vicensimo anno-- I will arrive in the 20th year(after starting)--a joke--Ulysses took only 10 years to get home from Troy.

Ut primum stomachum, quem scis non cum mari nauseam effugere, collegi, ut corpus unctione recreavi, hoc coepi mecum cogitare, quanta nos vitiorum nostrorum sequeretur oblivio, etiam corporalium, quae subinde admonent sui--nedum illorum, quae eo magis latent, quo maiora sunt. Levis aliquem motiuncula decipit; sed cum crevit et vera febris exarsit, etiam duro et perpessicio confessionem excipit. Pedes dolent, articuli punctiunculas sentiunt; adhuc dissimulamus, et aut talum extorsisse dicimus nos, aut in exercitatione laborasse. Dubio et incipiente morbo, quaeritur nomen; qui ubi etiam talaria coepit intendere, et utrosque dextros pedes fecit, necesse est podagram fateri. Contra evenit in his morbis quibus afficiuntur animi -- quo quis peius se habet,minus sentit. Non est quod mireris, Lucili carissime. Nam qui leviter dormit, et species secundum quietem capit, et aliquando dormire se dormiens cogitat. Gravis sopor etiam somnia extinguit, animumque altius mergit, quam ut in ullo intellectu sui sit. Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est. Somnium narrare vigilantis est--et vitia sua confiteri, sanitatis indicium est.

Expergiscamur ergo, ut errores nostros coarguere possimus. Sola autem nos philosophia excitabit, sola somnum excutiet gravem. Illi te totum dedica. Dignus illa es; illa digna te est. Ite in complexum, alter alterius. Omnibus aliis rebus te nega, fortiter, aperte. Non est quod precario philosopheris.

ut primum- as soon as
stomachus-stomach
unctio-anointing, rubdown
recreare-refresh
quanta nos vitiorum- how much forgetfulness of our faults follows us--even(forgetfulness) of bodily (faults) which constantly remind us of themselves
nedum illorum- not to mention (forgetfulness) of those
eo magis...-the greater they are, the more hidden they are

motiuncula-ailment: febris- fever: exardescere-flame up: perpessicius-enduring,patient: confessionem excipit--gets a confession(that he is ill) from... : articulus-joint: punctiuncula-pricking pain: dissimulare- feign, pretend: talum extorsisse-to have sprained a joint: talaria-ankles: intendere-distend, make to swell: podagra-gout: Contra evenit-the opposite happens: quo quis peius se habet--the worse one is, the less he feels it.: species-vision, dream: secundum quietem- in sleep: sopor- slumber: altius mergit quam ut --sinks the spirit too deep to be conscious of itself(what literally?): etiamnunc-yet, till now: expergisci- wake up: coarguere-prove,demonstrate,show up: excutiunt-shake out, examine, reject: dedicare- dedicate, give over: dignus-worthy of(with abl.): Ite in complexum- Go into the embrace

(of philosophy)one of the other.: precario philosopheris- study philosophy only so far as other things allow:

Si aeger esses, curam intermisisses rei familiaris, et forensia tibi negotia excidissent, nec quemquam tanti putares, cui advocatus in remissione descenderes. Toto animo id ageres, ut quam primum morbo liberareris. Quid ergo? Non et nunc facies? Omnia impedimenta dimitte, et vaca bonae menti. Nemo ad illam pervenit occupatus. Exercet philosophia regnum suum. Dat tempus, non accipit. Non est res subsiciva--ordinaria est. Domina est, adesse iubet. Alexander cuidam civitati partem agrorum, et dimidium rerum omnium promittenti: "Eo," inquit, "proposito in Asiam veni, ut non id acciperem, quod dedissetis, sed ut id haberetis quod reliquissem." Idem philosophia rebus omnibus: "Non sum hoc tempus acceptura, quod vobis superfuerit, sed id vos habebitis, quod ipsa reicero."

Totam huc converte mentem, huic asside, hanc cole. Ingens intervallum inter te et ceteros fiet. Omnes mortales multo antecedes, non multo te di antecedent. Quaeris, quid inter te et illos interfuturum sit? Diutius erunt. At, mehercules, magni artificis est clusisse totum in exiguo. Tantum sapienti sua, quantum deo omnis aetas patet. Est aliquid quo sapiens antecedat deum: ille naturae beneficio non timet, suo sapiens. Ecce res magna--habere imbecillitatem hominis, securitatem dei. Incredibilis philosophiae vis est ad omnem fortuitam vim retundendam. Nullum telum in corpore eius sedet; munita est, solida. Quaedam defatigat, et velut levia tela, laxo sinu eludit; quaedam discutit, et in eum usque qui miserat respuit. Vale.

intermittere-interrupt
res familiaris-personal concerns
forensis-of the forum
excidere-escape, drop out
tanti putares-would value anyone so highly.
advocatus-advocate, lawyer
remissio-abatement
Toto animo-With your whole soul you would aim at this(namely) that you might be freed from disease as soon as possible
Non est res...It is not an extra thing --it is a regular thing

dimidium-half: Eo...proposito- for that purpose(explained by the ut clause): superesse -be left over: assidére-remain constantly by(w.dat.) antecedere-go ahead of: non multo te di antecedent--the gods will not be much ahead of you--: mehercules- by Hercules: magni artificis est-- it is the part of a great craftsman to include all in a small space: Tantum sapienti sua aetas patet, quantum deo omnis aetas patet.- His own time spreads out as extensively to a wise man as....: suo(supply: beneficio non timet) sapiens---monstrous conceit!: imbecillitas-weakness: fortuitus-coming from chance: retundere-blunt,dull,bend back: Quaedam(tela philosophia) defatigat--Philosophy spoils the force of some missiles, and with loose folds of her robe wards them off, as light darts: usque-even: respuere-cast back:

Vocabularium

assidére,sedit,sessus(w.dat.)-sit beside,apply self constantly to
intermittere,misit,missus-interrupt,discontinue
superesse,fuit,futurus-be left over, remain

alioquin-otherwise
nempe-that is, certainly
protinus-straight, constantly, at once
quam primum-as soon as possible

asper,era,erum-harsh,rough
litus,litore,longum-shore
propositum,o-intention,design
segnis,e,i-slow,sluggish

English to Latin

(Review future active participles)

1. Seneca is about to leave the place in which he had been living above the bath.

2. He despises riches that are going to perish(future part. can stand for a relative clause). 3. He saw clouds that were going to bring rain. 4. He was about to depart, but a friend came to see him(occasionally a future act. part. can imply purpose). 5. He says that we should not place our hope in men who are going to die. 6. There is no reason why you should cling to these things when you must leave them(use fut.part. for the when clause).

Quaestiones discutiendae

1. In cuius auxilio vult Seneca sperare ut assequatur virtutem veram?
2. Seneca citat Hecatonem: "Desines timere, si sperare desieris." Estne hoc verum?
3. Seneca etiam dicit: "In his morbis quibus afficiuntur animi; quo quis peius se habet, minus sentit." Estne hoc verum? Explica rationes responsi tui.
4. Seneca de potestate philosophiae in homine dicit: "Est aliquid quo sapiens antecedat deum: ille naturae beneficio non timet, suo sapiens." Quid dicendum de tali sententia?

Lectio Trigesims Sexta

De Philosophia et Divitiis

Proice omnia ista, si sapis, immo, ut sapias; et ad bonam mentem magno cursu, ac totis viribus tende. Si quid est, quo teneris, aut expedi, aut incide. "Moratur," inquis, "me res familiaris; sic illam disponere volo, ut sufficere nihil agenti possit, ne aut paupertas mihi oneri sit, aut ego alicui" Cum hoc dicis, non videris vim ac potentiam eius, de quo cogitas, boni nosse. Et summam quidem rei pervides,quantum philosophia prosit, partes autem nondum satis subtiliter dispicis, necdum scis, quantum ubique nos adiuvet, quemadmodum et in maximis--ut Ciceronis utar verbo--opituletur, et in minima descendat. Mihi crede: advoca illam in consilium; suadebit tibi, ne ad calculos sedeas. Nempe hoc quaeris, et hoc ista dilatione vis consequi, ne tibi paupertas timenda sit. Quid si appetenda est? Multis ad philosophandum obstitere divitiae; paupertas expedita est, secura est. Cum classicum cecinit, scit se non peti. Cum "aqua " conclamata est, quomodo exeat, non quid efferat, quaerit. Si navigandum est, non strepitat portus, nec unius comitatu inquieta sunt litora. Non circumstat illum turba servorum, ad quos pascendos transmarinarum regionum est optanda fertilitas. Facile est pascere paucos ventres, et bene institutos, et nihil aliud desiderantes quam impleri. Parvo fames constat--magno, fastidium. Paupertas contenta est desideriis instantibus satis facere.

sapiunt--be wise, cursus-run tendere-strive for incidere-cut into, cut off(do not confuse with incidere-fall into) morari- delay ut sufficere- so that it may suffice for (me) doing nothing(in retirement) ne aut---lest poverty be(for) a burden to me, or I to anyone-- non videris vim--you do not seem to know the force and power of the good about which you are thinking: nosse: same as novisse - know: summam...rei--the chief point of the matter: partes- its various functions: subtilis -fine, keen,exact, subtle: dispiciunt-discern,see, see through: ut utar...- to use: opitulari -help: ad calculos sedeas- sit at the counters (adding machine): dilatio- delay: obstare - oppose, hinder, withstand, and stand opposite(w.dat.) obstitere is pf. act. 3rd. pl.: expeditus-unburdened: Cum classicum cecinit - when the trumpet sounds, he knows that he is not being attacked, : conclamare - shout: efferre- carry out: strepitare- make a noise: portus- port : comitatus - retinue: transmarinus - from beyond the sea : fertilitas-fertility : venter - stomach: bene institutos - well trained : Parvo fames constat...-Hunger costs little , squeamishness costs much.

Quid est ergo, quare hanc recuses conturbernalem, cuius

contubernalis-

mores sanus dives imitatur? Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est. Tolle itaque istas excusationes: "Nondum habeo quantum satis est; si ad illam summam pervenero, tunc me totum philosophiae dabo." Atqui nihil prius quam hoc parandum est quod tu differs, et post cetera paras; ab hoc incipiendum est. Non est quod nos paupertas a philosophia revocet, ne egestas quidem. Toleranda est enim ad hoc properantibus vel fames. Quam toleravere quidam in obsidionibus, et quod aliud erat illis patientiae praemium quam in arbitrium non cadere victoris? Quanto hoc maius est quod promittitur: perpetua libertas, nullius, nec hominis, nec dei timor. Et quidem vel esurienti ad ista veniendum est. Perpessi sunt exercitus inopiam omnium rerum--vixerunt herbarum radicibus, et dictu foedis tulerunt famem. Haec omnia passi sunt pro regno, quo magis mireris, alieno. Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ut animum furoribus liberet?

companion
Atqui nihil prius- But nothing should be obtained before that which you are putting off
egestas-need
Toleranda est- Even hunger should be endured by those who are hastening (dat.of agent)to this.
obsidio-seige
arbitrium-will, judgement
Quanto hoc maius.. --(by)how much is this greater: Et quidem vel--And we must come to it(that goal) even hungering(if such a thing be necessary) (veniendum est is impersonal-esurienti: dat. of agent) : perpeti-suffer: herbarum radicibus--on roots of plants, and have endured hunger by means of things foul to speak(dictu): quo magis mireris(parenthetical)--that you may wonder the more:

Non est ergo prius adquirendum; licet ad philosophiam etiam sine viatico pervenire. Ita est. Cum omnia habueris, tunc habere et sapientiam voles? Haec erit ultimum vitae instrumentum, et, ut ita dicam, additamentum? Tu vero, sive aliquid habes, iam philosophare--unde enim scis an iam nimis habeas? Sive nihil, hoc prius quaere quam quicquam. "At necessaria deerunt." Primum, deesse non poterunt, quia natura minimum petit. Naturae autem se sapiens accomodat. Si exiguum erit et angustum, quo possit vita produci,id boni consulet, nec ultra necessaria sollicitus aut anxius, ventri et scapulis suum reddet, et occupationes divitum, concursationesque ad divitias euntium securus laetusque ridebit, ac dicet: "Quid in longum ipse te differs? Expectabisne fenoris quaestum, aut ex merce compendium, aut tabulas beati senis, cum fieri possis statim dives? Repraesentat opes sapientia, quas cuicumque fecit supervacuas, dedit." Haec ad alios pertinent;tu locupletibus propior es. Saeculum muta, nimis habes. Idem est autem omni saeculo, quod sat est.

Non est...prius....- One should not acquire(riches) first
viaticum-provisions for the trip
instrumentum- provision
additamentum- appendix
philosophare:imperative passive form of a deponent verb
unde-whence, how
accomodare- adjust to

angustus-narrow: quo possit vita produci--on which life could be led: id boni consulet- he will make the best of it: ultra necessaria sollicitus--not bothered beyond(for more than) necessities: ventri et scapulis suum reddet- will give justice(its own) to his stomach and shoulders: concursationesque ad divitias- the runnings about of those who are going (euntium) after riches:Quid in longum--Why do you put yourself off so long: fenoris quaestum --the gain of interest: merce compendium gain on merchandise: tabulas beati senis-- (a place in) the will of a well-off old man: repraesentare-give quickly: quas cuicumque-- which she gives to whomsoever she makes them(appear to be) superfluous(i.e. it is better to consider wealth superfluous than to have it): locuples-rich: propior-closer: Saeculum muta-Change the age(i.e.,put yourself in spirit in an earlier age, in which all fortunes were smaller:

Poteram hoc loco epistulam claudere, nisi te male instituissem. Reges Parthos non potest quisquam salutare sine munere; tibi

Poteram-I could have closed...

valedicere non licet gratis. Quid istic? Ab Epicuro mutuum sumam: "Multis parasse divitias non finis miseriarum fuit, sed mutatio." Nec hoc miror. Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud, quod paupertatem nobis gravem fecerat, et divitias graves fecit. Quemadmodum nihil refert, utrum aegrum in ligneo lecto an in aureo colloces--quocumque illum transtuleris, morbum secum suum transferet--sic nihil refert, utrum aeger animus in divitiis an in paupertate ponatur. Malum illum suum sequitur. Vale.

nisi te male--if I had not trained you badly
Reges Parthos--Parthian kings
salutare-greet
valedicere-say farewell to

gratis- without cost, without compensation: Istic- here, there: mutuum-loan: Multis parasse- For many, to have gained riches was not the end of miseries, but a change(of miseries).:ligneus-wooden: aureus- golden: collocare-place: quocumque- to whatever place:

De Magno Pisce in Piscina Parva

Quomodo hoc ad me pervenerit quaeris, quis mihi id te cogitare narraverit quod tu nulli narraveras. Is qui scit plurimum: rumor. "Quid ergo?" inquis: "Tantus sum ut possim excitare rumorem?" Non est quod te ad hunc locum respiciens metiaris. Ad istum respice in quo moraris. Quicquid inter vicina eminet, magnum est illic ubi eminet. Nam magnitudo non habet modum certum --comparatio illam aut tollit aut deprimit. Navis quae in flumine magna est, in mari parvula est. Gubernaculum quod alteri navi magnum est, alteri exiguum est. Tu nunc in provincia, licet contemnas ipse te, magnus es. Quid agas, quemadmodum cenes, quemadmodum dormias, quaeritur, scitur. Eo tibi diligentius vivendum est. Tunc autem felicem esse te iudica cum poteris vivere in publico, cum te parietes tui tegent, non abscondent. Quos plerumque circumdatos nobis iudicamus non ut tutius vivamus, sed ut peccemus occultius. Rem dicam ex qua mores aestimes nostros: vix quemquam invenies qui possit aperto ostio vivere. Ianitores conscientia nostra, non superbia opposuit. Sic vivimus ut deprendi sit subito aspici. Quid autem prodest recondere se, et oculos hominum auresque vitare? Bona conscientia turbam advocat; mala etiam in solitudine anxia atque sollicita est. Si honesta sunt quae facis, omnes sciant; si turpia, quid refert neminem scire cum tu scias? O te miserum, si contemnis hunc testem! Vale.

piscis- fish
piscina-pond
rumor-rumor
ad hunc locum...-with reference to this place(Rome)
morari- stay
vicinus-nearby
non habet...-does not have an absolute standard
comparatio-comparison(relative standard)
tollere-raise up
parvulus-very small
gubernaculum-rudder
licet-although
parietes- house walls

Quos..- We generally think that these (walls) are put about us not that we may live more safely...: ex qua...-from which you can judge: ostium-door: ianitor-doorkeeper: opponere-put up: Sic vivimus...-We live in such a way that to be seen without warning is to be caught. recondere-hide: turba-crowd: anxius-troubled: O te miserum-objective of exclamation: testis-witness:

Vocabularium

obstare,stitit,status(w.dat.)-hinder, stand in way
opitulari,1-help, relieve
recondere,didit, ditus-put away again, hide

angustus,a,um-narrow
arbitrium,o-will, power
egestas,tate,parva-need
mutuum,o-loan
parvulus,a,um-very little
venter,tre,magnus-stomach
vicinus,a,um-nearby, neighboring

English to Latin

(Where possible, separate some words that agree with each other)

1. In the many trials which we have in this life, philosophy will help us.
2. Many small men, as he feared, were watching him. 3. I could have closed this letter if I had not brought you up badly. 4. Great riches have been a danger to many good men.
5. Philosophy will make us rich with many excellent gifts as she promises.
6. All the deeds of this great man, whom they admire, will be reported to me.

Quaestiones discutiendae

1. Seneca in hac epistula paupertatem laudat, sed ipse manet dives. Quomodo explicatur?
2. Seneca dicit quod per philosophiam habebuntur "perpetua libertas, nullius, nec hominis, nec dei timor." Quid dicendum de tali sententia?
3. Seneca dicit: "Non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo. Illud quod paupertatem nobis gravem fecerat, et divitias graves fecit." Quid est hoc de quo loquitur? Quid dicendum de sententia eius?
4. Seneca dicit nos debere ita vivere, ut possimus aperto ostio vivere. Vultne dicere nos numquam debere habere quicquam secretum? Estne omne secretum indicium praesentis mali?

LATIN — ENGLISH VOCABULARY

abdere,abdidit,abditus-hide, put away
abesse,afuit,afuturus- be absent
abhorrére,horruit-shrink from, be inconsistent with
abiciunt,3,iecit,iectus- cast aside,reject
abire,iit,iturus- go away
abluere,luit,lutus-wash away
Abraham-poss.& dat.: Abrahae,other forms; Abraham
abscindere,scidit,scissus-cut off
abscondere,abscondit,absconditus-hide
absque (w.abl.)-without
accedere,cessit,cessurus-go to,approach
accendere,cendit,census-enkindle, arouse, set on fire
accidere,accidit,________- happen
accipiunt,3,cepit,ceptus-receive
accusare, 1, - accuse
acer,acris,acre,i-sharp, eager, keen
acerbus,a,um-harsh
acuere,acuit,acutus-sharpen
ad (w.obj.)-to, near
addere,didit,ditus- add
adducere,duxit,ductus-lead to, influence
adeo-so, so much, to such a degree, in fact
adesse,adfuit,adfuturus- be present
adhaerére,haesit,haesus(w.dat.)-adhere to, stick to
adhibére,hibuit,hibitus-use, apply,employ
adhuc- yet, still
adiciunt,3,iecit,iectus-add,throw to
adimplére,plevit,pletus-fill,fulfill, carry out
adipisci,adeptus est- obtain, attain
adire,iit,iturus-approach, go to
aditus,u-approach, entrance
adiungere,iunxit,iunctus-add, join to
administrare,l-govern, manage
admirari,l-wonder at, admire
admonére,monuit,monitus-remind, admonish, warn
adolescens,enti- youth
adorare,l-respect, reverence, adore
adulatio,one,mala-flattery
adventus,u-coming,arrival
adversum(us) (w.obj.)-against,opposite
adversus,a,um-opposed,opposite,hostile
aedificare,l-build
aeger,aegra,agrum-sick
aequalis,e,i-equal
aes, aere,magnum- bronze
aestimare,l-judge, think
aestuare,l- be excited, be feverish
aestus,u-tide,excitement,boiling
aetas,aetate,magna-age
affectus,u-attitude,emotion,feeling
afferre,attulit, allatus-bring to
afficiunt,3,affecit,affectus-affect, move
affligere,flixit,flictus-afflict
ager,agro-field, farm
agere,egit,actus-do, drive,discuss, spend (time)
aggrediuntur,aggredi, aggressus est-attack
agnoscere,novit,nitus-recognize,know
agnus,o-lamb
agrestis,e,i-rustic,boorish
agricola,a,bonus - farmer
ait - he says,(pl.aiunt)
alere,luit,alitus-feed,nourish
alibi-elsewhere
alicubi-somewhere,anywhere
alienus,a,um-foreign,unfavorable
alioquin- otherwise
aliquando- at some time, once
aliqui,quae,quod-someone etc.
aliquis, aliquid-someone,anyone
alius,a,um-other, another
aliter-otherwise, in another way
altare,i,magnum-altar
alter,era,erum-one, the one...the other
altus,a,um-high, deep
amare,l-love
amarus,a,um- bitter
ambo,ae,a-both
ambulare,l-walk
amentia,a-madness,insanity
amicitia,a-friendship
amittere,misit,missus-lose
amor,ore,magnus-love
amovére,movit,motus-remove,move away
amplius-more, any more
an - or(in questions only)
ancilla,a- handmaid, slave girl
angere-trouble
angustus,a,um-narrow
angustia,a-difficulty, tight place
anima,a-soul, life, breath
animadvertere,vertit,versus-notice,punish
annus,o-year
annuus,a,um-annual, yearly
ante(w.obj.)-before, ago (ante multos annos: many years ago)
antea (adv.)- before
antecellere(w.dat.)-surpass
antequam(conjunction)-before
anulus,o-ring
aperire,aperuit,apertus-open
apparére,apparuit,apparitus-appear
appellare,l-call, name
applicare,l(or: cuit,citus)-bring to, land, apply
apprehendere,prehendit,prehensus-seize, arrest
appropinquare,avit,atus-approach(w.dat.)
apud(w.obj.)-with, at, among,at the house of
aqua,a- water
aquila,a-eagle
ara,a-altar
arbitrari,l-think, judge
arbitrium,o- will, power
arbor,bore,bona-tree
arcére,arcuit-keep off, ward off,prevent
arcus,u-bow
ardére,arsit,arsus- be on fire, be eager for
arena,a-sand
argentum,o-silver
arripiunt,3,ripuit,reptus-seize,snatch
ars,arte,bona(poss.pl.-ium) -art,skill
asper,era,erum-harsh,rough
aspiciunt,3,spexit,spectus-look at
assequi,secutus est-attain
assidére,sedit,sessus(w.dat.)- sit beside, apply self constantly to
assistere,(adsistere) stitit(w.dat.)-present self to, appear before,stand by aid
assumere,sumpsit,sumptus-assume, take up or along
at - but
atque - and
atrox,atroci-cruel, inhuman
attendere,tendit,tentus-pay attention to, notice
attingere,attigit,attactus-touch,reach
attonitus,a,um-thunderstruck, astonished
auctoritas,tate,magna-authority, influence
audacia,a- boldness
audax,aci- bold
audére,ausus est- dare (first part is normal, rest is deponent)
audire,4-hear
auferre,abstulit,ablatus- take away something(obj.) from someone(dat.)
augére,auxit,auctus-increase
auris,i,longa - ear
aurum,o- gold
aut-or; aut...-aut-either ...or
autem- however, moreover(never first word in its clause)
auxilium,o-help(pl:reinforcements, auxiliaries)
aversari,atus est- shun,turn from
avidus,a,um-eager
avunculus,o-uncle(on mother's side: on father's wide is patruus)
beatus,a,um-blessed
bellare,l-make war, fight
bellum,o-war
benedicere,dixit,dictus-bless(sometimes w.dat.)
benignus,a,um-kind
bibere,bibit,bibiturus-drink
bibliotheca,a-library
biennium,o-(space of) two years
blandus,a,um-flattering, kind
bonus,a,um- good
bos,bove-cow,bull,ox(masc.or fem.)
brevis,e,i-short
cadaver,ere,mortuum-corpse
caecus,a,um-blind
cadere,cécidit,casus- fall
caedere,cecidit,caesus- cut, kill
caedes,i,magna- slaughter,bloodshed
caelestis,e,i-heavenly
calcare,l-tread (on)
calidus,a,um-hot
calix,calice,magnus- cup
campus,o-field, plain
canere,cecinit- sing,play(on instrument)
canis,e,parvus-dog
cantare,l-sing
capillus,o-hair
capitulum,o-chapter
capiunt,3,cepit,captus-take, capture
caput,capite,magnum-head
carére,uit,itus-lack(w.abl.)
caritas,tate,bona-love, charity
carcer,carcere,magnus-prison
carmen,mine,longum-poem
caro,carne,bona-flesh, meat
carus,a,um-dear
catena,a-chain
causa,a-cause,case, reason
cavére,cavit,cautus-beware,guard against
cedere,cessit,cessus-move,retreat,yield
celeber,bris,bre-populous,famous
celeriter-quickly,swiftly
cenare,l-dine
censére,censuit,census-judge,propose estimate
cernere,crevit,cretus - see,determine
certamen,mine, longum-struggle,battle, contest
certus,a,um- certain
cervix,vice,longa- neck
cessare,l- cease, stop

ceteri,ae, a- rest, others
ceterum- as for the rest, furthermore
christus,o-anointed one
cibus,o-food
cinis,cinere,multus-ashes
circa(w.obj.)-about, around,concerning, in regard to
circuitus,u-circuit,circle;in circuitu-around about
circum(with obj.)- around
circumcidere,cidit,cisus-circumcise
circumdare,dedit,datus-surround
circumire,iit,iturus- go around
circumstare,stetit,___,-surround
cito- quickly
civis,i-bonus-citizen
civitas,civitate,magna-city, citizenship
clam- secretly
clamor,ore,magnus-shout, cry
clarus,a,um-famous, brilliant
classis,i,magna-fleet
claudere,clausit,clausus- close
coelestis,e,i-heavenly
coelum,o(but plural is masc: coeli)--heaven, sky
___.coepit,coeptus(last part has active meaning)- begin
coercére,cuit,citus-compel,coerce, restrain
coetus,u-assembly, crowd
cogere,coegit,coactus-compel
cogitare,l-think
cogitatio,one,bona-thought
cognitio,one,bona-knowledge,acquaintance
cognoscere,novit,nitus-learn(perfect means:-know)
cohibére,hibuit,hibitus-restrain, tame
colere,coluit,cultus-worship,till,cultivate
colligere,collegit,collectus-collect
comburere,bussit,bustus-burn
comedere,comedit,comesus-eat
comes,comite,bonus-companion
commendare,l-teach,recommend,commend
comminuere,minuit,minutus-crush
committere,commisit,commissus-commit, intrust
compellere,pulit,pulsus-compel, gather
compescere,pescuit-restrain,repress
complecti,plexus est- embrace,include
complére,plevit,pletus-fill, fulfill
complorare,l-bewail, weep
comprehendere,prehendit,prehensus-grasp, arrest
computare,l- count, reckon
conari,conatus est- attempt
concedere,cessit,cessus-yield, grant
conciliare,l- win over
concipiunt,3,cepit,ceptus-conceive
concitare,l-arouse, excite
concors,cordi-harmonious, in agreement
concupiscentia-desire,concupiscence
concupiscere,cupivit,cupitus-desire greatly
confectus,a,um-worn out
confestim- at once
conferre se- betake oneself, go
conficiunt,3,fecit,fectus-complete,finish, diminish, wear out
confidere,confisus est- trust in (half deponent)
confirmare,l-assure, strengthen
confiteri,fessus est- confess, praise(w.dat.)
confortare,l-strengthen
confundere,fudit,fusus-confound,disturb
congemiscere,gemuit-groan
congregare,l-gather
coniuratio,one,mala-conspiracy
coniux,iuge,-husband, wife,spouse
corrigere,rexit,rectus-correct
corroborare,l-strengthen
consentire,sensit,sensus-consent, agree with (dat.)
consequi,consecutus est- follow up, overtake,accomplish,obtain,attain
consilium,o-plan
conspectus,u-sight
conspiciunt,3,spexit,spectus-see,catch sight of
constituere,stituit,stitutus-set up, decide, determine
constringere,strinxit,strictus-bind together, restrain, compress
construere,struxit,structus-construct
consuetudo,tudine,bona-custom
consulatus,u-consulship
consulere,consuluit,consultus-consult
consumere,sumpsit,sumptus-consume
consummare,l-complete, perfect
consurgere,surrexit,surrectus-rise, get up
contemnere,tempsit,temptus-despise,scorn
contendere,tendit,tentus-stretch,strain, strive for, hasten
conterere,trivit,tritus-crush, wear down
continére,continuit,contentus-hold together, restrain
contingere,tigit,tactus-touch, happen
continuus,a,um-constant
contra(adv.)-on the other hand
contumelia,a-insult
contumeliosus,a,um-insulting
convenire,venit,venturus-come together, assemble, be fitting, agree with, fit with(w.dat.)
convertere.vertit,versus-convert, turn
convicium,o-wrangling,reproach
convincere,vicit,victus-prove,refute, conquer, convince
convivium,o-banquet
copia,a-abundance, supply(pl.:troops)
coquere,coxit,coctus-cook
cor,corde,bonum-heart
coram(with abl.)- in the presence of, before
cornu,u-horn,flank,strength
corpus,corpore,magnum-body
corruere,ruit,rutus-rush, fall
cottidianus,a,um-(quotidianus)-daily
cottidie(quotidie)-daily
cras- tommorow
creare,l-make, create
creber,bra,brum-frequent
credere,credidit,creditus-believe(w.dat. of person believed)
crescere,crevit,cretus-grow
crimen,crimine,malum-charge, crime
crudelis,e,i-cruel
crux,cruce,bona-cross
cum-when, after,although, because
cum (w.abl.)-with
cum...tum- not only...but also
cunctari,l-delay, hesitate
cunctus,a,um- all
cupiditas,tate,longa-desire
cupiunt,3,cupivit,cupitus-desire
cur-why
curare,l-take care of(with obj.not poss. case)
currere,cucurrit,cursurus-run
currus,u-chariot
custodire,4-guard, keep
custos,tode,bonus-guard
dare,dedit,datus-give
dare operam-take care,apply self to, exert self
de (w.abl.)-about,concerning, down from
debére,debuit,debitus-owe, ought
debilis,e,i-weak
decet,2,decuit-it is proper, fitting, it is becoming
decipiunt,3,cepit,ceptus-deceive
declarare,l-make clear, declare
decollare,l-behead
decus,decore,bonum-beauty, honor, dignity, splendor
dedecus,core,malum-disgrace
deesse,defuit,defuturus-fail be lacking to
deficiunt,3,fecit,fectus-fail, desert,grow disheartened, go into eclipse(sun or moon) lack, faint
defungi,functus est- die
deinde-then, next
delectare,l-delight
delectatio,one,magna-pleasure,delight
delectus,u-draft, levy
delére,delevit,deletus-destroy
deliberare,l-deliberate
delictum,o-sin, crime
delinquere,liquit,lictus-sin, fail
demittere,misit,missus-let go,forgive
demonstrare,l-show,point out, prove
denique-therefore,next, then
deponere,posuit,positus-put down
depravare,l-corrupt
deprecari,l-beg
deprehendere,hendit,hensus-catch, understand
deprimere,pressit,pressus-depress, weigh down, push down
deputare,l-reckon,consider
derelinquere,liquit,lictus-leave,abandon
desiderare,l-desire, miss
desiderium,o-desire
desinere,sivit,situs-cease, stop
despiciunt,3,spexit,spectus-despise
destituere,stituit,stitutus-deprive of, desert
destruere,struxit,structus-destroy
Deus,o-God(dea,a-goddess)
dexter,tera,terum-right
diabolus,o-devil
dicere,dixit,dictus-say, tell
dies,die(5)-day
differre,distulit,dilatus-put off,postpone
difficilis,e,i-difficult
digitus,o-finger
dignatio,one,bona-kindness,condescension
dilectio,one,bona-love
diligere,lexit,lectus-love, choose
diluculum,o-daybreak
diluvium,o-flood, deluge
dimicare,l-fight to finish
dimittere,misit,missus-dismiss
dirigere,rexit,rectus-guide,direct
diripiunt,3,ripuit,reptus-plunder, pull away
dirumpere,rupit,ruptus-break open
discere,didicit,___-learn

discedere,cessit,cessurus-depart
discernere,crevit,cretus-distinguish,decide
disertus,a,um-eloquent
discrimen,mine,magnum-difference,crisis, danger
disperdere,didit,ditus-spoil,ruin
displicére,plicuit,plicitus(w.dat.)-displease
disponere,posuit,positus-arrange,dispose
dissentire,sensi, sensus-differ,disagree
disserere,seruit, sertus-discuss
dissidére,sedit,sessurus-differ from, be remote from
dissipare,1-scatter
diu- a long time
dives,divite-rich(poss.pl.-um)
dividere,divisit,divisus-divide
divitiae,is-riches
docére,docuit,doctus-teach
dolére,doluit,doliturus-grieve
dolor,ore,magnus-sorrow,pain, grief
dolus,o-guile, deception
domi- at home
dominari,1- rule, lord it over
Dominicus,a,um-of the Lord, Lord's
dominus,o-Lord, master
donec-while, until, as long as
donum,o-gift
dormire,4-sleep
dorsum,o-back
dubitare,1-doubt, hesitate
dubium,o-doubt
ducere,duxit,ductus-lead
dulcedo,dine,bona-sweetness
dum - while
durare,1-last,endure,harden
durus,a,um-hard
dux,duce,magnus- leader
e, ex(w.abl.)-from, out from
ecce- behold
ecclesia, a-church
edere,edit,esus - eat
efficax,caci-effective,efficacious
efficiunt,3,fecit,fectus-make,bring about
effundere,fudit,fusus-pour out
egére,eguit(w.abl.)-need
egestas,tate parva-need
egrediuntur,gredi,gressus est- go out
egregius,a,um-excellent
eleemosyna,a-alms,almsgiving
elevare,1-raise
eligere,elegit,electus-choose
eloquium,o-utterance,eloquence
elucére,luxit,-shine forth, appear
emendare ,1-improve,better, amend
emere,emit,emptus-buy
eminére,uit-stand out
en - look!
enim(never 1st word)--for
eo quod-because
episcopus,o-bishop
epistola,a-letter
equidem- for my part, surely
equus,o-horse
eques,equite,bonus-horseman
eradicare,1-uproot,eliminate
ergo- therefore
erigere,rexit,rectus-lift up,arouse,exalt
eripere,ripuit,reptus-snatch, deliver
errare,1-wander, err
erubescere,rubuit-blush
erudire,4-educate,instruct
eruere,ruit,rutus-dig out, deliver
esse,fuit,futurus- be
estote(fut.imperat,pl.;sg.-esto)-be
esurire,4-be hungry
et-and, even,also
etenim-for, since

etiam - also, even
etsi- even if, although
eunuchus,o-eunuch
evadere,evasit,evasus-escape
evangelium,o-Gospel
evenire,venit,venturus-happen,come out
exaudire,1- hear,grant prayer
excedere,cessit,cessus- go beyond,exceed
excipiunt,3,cepit,ceptus-receive, except, take out
excitare,1-arouse,excite
exercére,exercuit,exercitus-practice, train
exercitus,u-army
exclamare,1-shout
excubare,uit,itus-sleep outside,watch
exercitatio,one,bona-practice
exiguus,a,um-slight, scanty, little
eximius,a,um-excellent,outstanding
exire,iit,iturus- go out
existere(exsistere)stitit,stitus-stand out, be, exist
existimare,1-think, judge,consider
exitium,o-ruin, death
exitus,u-outcome, way out
exorare,1-beg, appease
expedire,4-be expedient, free,prepare
expellere,pulit,pulsus-expel
experiri,expertus est- experience,test
expers,perti,-devoid of, not sharing in
explicare,1-explain
explorator,ore,bonus-spy, scout
exprobrare,1(w.dat.)-reproach
expugnare,1-attack, storm
exsilium,o-exile
exspectare,1-expect
extendere,tendit,tensus-extend,stretch out
extollere- lift up, exalt
extorquére,torsit,tortus-twist out
fabula,a-legend, story
fac-imperative singular of facere (pl. is regular facite) There are 4 irregular imperative singulars: Dic, Duc, Fac, Fer
facies,e(5)-face, appearance
facilis,e,i-easy
facinus,ore,magnum-deed
faciunt,3,fecit,factus-do make
fallacia,a-deceit, deception
fallax,aci-false,deceptive
fallere,fefellit,falsus-deceive
fames,fame,magna-hunger,famine
famulus,o-servant
fanum,o-shrine
felix,ici-happy,successful
fateri,fassus est-confess
favére,favit,fautus(w.dat.)-favor
femina,a-woman
fere-almost,in general, about
ferox,feroci-fierce
ferre,tulit,latus-bear,bring,carry
ferus,o&fera,a-wild beast
fervére,ferbuit-be agitated, boil
festinare,1-hasten
festinus,a,um-speedy, quick
fidelis,e,i-faithful
fides,e(5)-faith, trustworthiness
fiducia,a-confidence,trust
filia,a-daughter
filius,o-son
fingere,finxit,fictus-form,fashion,pretend
finire,4-finish,complete
finis,e(poss.pl.-ium) bonus-end
fiunt,fieri,factus est-happen,become
flagellum,o-whip
flagitare,1-ask, beg
flagitium,o-evil deed
flare,1-blow

flectere,flexit,flexus-bend
flére,flevit,fletus-weep
fluctus,u-wave, wavering
fluere,fluxit,fluxurus-flow
flumen,flumine,magnum-river
fodiunt,3,fodit,fossus-dig,pierce
foedus,foedere,bonum-pact , covenant
foedus,a,um-foul
fons,fonte(poss.pl.-ium),magnus- fountain, spring
foras-forth, to the outside
foris,i,alta-door
formare,1-form
formidare,1-fear
forsan-(or:forsitan)-perhaps
fortasse-perhaps
forte- by chance
fortis,e,i-brave, strong
fortiter-bravely
fortitudo,dine,magna-strength
forum,o-market, forum
frangere,fregit,fractus-break
frater,fratre,bonus-brother
frenare,1-restrain,bridle
frigidus,a,um-cold
frigus,ore,longum- cold
frons,fronte,longa(poss.pl.-ium)- forehead, front
frumentum,o-grain
frustra- in vain
fugax,aci-fleeting
fugiunt,3,fugit,fugiturus-flee
fulgur,fulgure,clarum-lightning
fumus,o-smoke,emptiness,pride
fundere,fudit,fusus-pour, shed
fundus,o-bottom, depth
gaudére,gavisus est- rejoice
gaudium,o-joy
gelidus,a,um-cold
gemere,gemuit,gemitus-groan
gemitus,u-groan
gener,ero-son in law
gens,gente,magna-tribe,people
genu,u- knee
genus,genere,bonum-kind, race
gerere,gessit,gestus-wage, wear
gladius,o-sword
gloriari,1-boast, glory
gradatim-gradually
grandis,e,i-great, large
gratia,a-favor, grace, gratitude
gratias agere-give thanks
gratus,a,um- pleasing
gravis,e,i- heavy
grex,grege,bonus- flock
gustare,1- taste
guttur,ure,magnum- throat
habére,habuit,habitus- have
habitare,1- dwell, inhabit
haerére,haesit,haesus- stick to,adhere to
haud: same as non
haurire,hausit,haustus-drain
hereditas,tate,bona-inheritance
heri - yesterday
hic,haec, hoc - this
hic(adverb) - here
hinc- from here, hence
hodie - today
hodiernus,a,um- of today,today's
homo,homine, bonus- man
honestare - adorn, honor
honestus,a,um-honorable: NB-does not mean "honest"-,though it includes the idea.
horreum,o-barn
hortari,1-urge,encourage

hortatus,u-urging,encouragement
hostis,i-magnus-enemy
huc- to this place
humanitas,tate,bona-culture,kindness, sympathy
iacére,iacuit, lie
iaciunt,3,iecit,iactus-throw
iactare,l- toss
iam- already
iam pridem- long ago, now for a long time
ibi - there
ibidem- in the same place
idcirco-therefore, for this reason
idem,eadem,idem - same
ideo-therefore, for this reason or purpose
idoneus,a,um-fitting, suitable
ieiunare,l-fast
ieiunium,o-fast, fasting
igitur-therefore
ignavus,a,um-base, lazy, cowardly
ignis,i,calidus- fire
ignominia,a-disgrace, shame
ignorare,l-not know, be ignorant
ignoscere,ignovit,ignotus-forgive(w.dat. & obj.:Caesari multa ignovit).
ille,illa,illud- that
illecebra,a-enticement, snare
illic- there
illuc - to that place
illustrare,l-enlighten, adorn, shed light on
imago,imagine,bona-image
imber,imbre,bonus- rain
imitari,l-imitate
immanis,e,i-savage,
immanitas,tate,magna-enormity, immensity
immo vero- rather,furthermore
immodicus,a,um-immoderate
immolare,l-immolate,sacrifice
immutare,l-change
impedire,4-hinder, impede
imperare,l-command
imperator,ore,bonus-general
imperitus,a,um-inexperienced
imperium,o-command, power
impertire,4-impart, share with
impetrare,l-obtain(by asking)
impetus,u-attack, onrush
impius,a,um-wicked, impious
implére,plevit,pletus- fill, fulfill
implorare,l- beg
imponere,posuit,positus-place in or on
impudens,denti- shameless
in(w.abl.)-in, on;(w.obj.)-against,for,as,into
inanis,e,i-empty
incedere,cessit,cessurus- go, walk
incidere,cidit,casus- fall into or upon
incipiunt,3,cepit,ceptus-begin
incitamentum,o-stimulus,incentive
incolumis,e,i-unharmed
increpare,crepuit,crepitus-make a sound, re proach
incumbere,cubuit,cubitus-lean on, attend to
inde-thence,from there,therefore
indicare,l- tell, indicate
in dies(singulos)- day by day, daily
indigére,diguit(w.poss.or abl.)-need
indignari,l-be indignant or angry
indignus,a,um-unworthy
indoles,i,bona-nature,disposition
inducere,duxit,ductus-bring or lead in
induere,duit,dutus-put on, clothe
indulge ntia,a-kindness, favor,pardon
indulgére,dulsit,dultus-be favorable, kind, forgiving to(w.dat.)
indurare,l-harden

inertia,a-sluggishness
infelix,felice-unhappy
inferre,intulit,illatus-bring in,infer
infestus,a,um-hostile
infitiari,l-deny
influxus,u-influence
informare,l-form,train,inform
infundere,fudit,fusus-pour in
ingemiscere,gemuit-groan
ingenium,o-talent,natural ability
ingens,enti-huge,immense
ingrediuntur,3,gressus est- enter
inimicus,o-enemy(personal enemy)
iniquitas,tate,mala-iniquity, sin
iniquus,a,um-unfair,unjust,evil,uneven
inire,iit,iturus-go in
initium,o-beginning
iniustus,a,um- unjust
inopia,a-need
inquinare,l-defile
inquit- he says
in sempiternum-forever
insidiae,is-ambush, snare
insignis,e,i-outstanding, remarkable(as neuter noun:badge, sign, mark)
insilire,siluit-leap on, jump on
insistere,stitit-persist, stand, attend to, halt
instare,stiti,status-press on, be near impend,urge, approach
instituere,stituit,stitutus,-establish, decide
instruere,struxit,structus-teach,instruct, draw up
insuper - in addition
integer,gra, grum-fresh, untouched
intellegere,lexit,lectus-understand
inter(w.obj.)- between, among
intercludere,interclusit,interclusus- cut off
interdum- at times, meanwhile
interea-meanwhile
interficiunt,3,fecit,fectus- kill
interitus,u-death, destruction
intermittere,misit,missus-interrupt, discontinue
interpretari,l-interpret
interrogare,l-question, ask
intrare,l- enter
introducere,duxit,ductus-bring in, introduce
introire,iit,iturus- enter
intueri,intuitus est- look at, consider
intus-within, inwardly
inusitatus,a,um-unusual
invadere,vasit,vasus-invade, go in
invenire,venit,ventus- find
invidia,a-unpopularity
invitus,a,um-unwilling (ly)
ipse,ipsa,ipsum-himself,herself,itself
ira,a-anger
irasci,iratus est
ire,iit,iturus-go
irrepere,repsit-creep in
irridére,risit,risus-laugh, smile(at)
irruere,ruit-rush on, attack
is,ea,id- this,that, he, she, it
iste,ista,istud-this,that(often with feeling: "that of yours",or with feeling of contempt)
ita-so
itaque- and so
item - likewise
iter,itinere,magnum-journey
iterum- again
iubére,iussit,iussus- order
iucundus,a,um-pleasant

iudex,iudice,bonus- judge
iudicium,o-judgment,court,trial
iugum,o- yoke, ridge
iungere,iunxit,iunctus-join, yoke
iurare,l-swear
ius,iure,verum- right, law
ius iurandum - oath
iustitia,a-justice
iuvare,iuvit,iutus-help, please
iuventus,tute,bona-youth(time of life)
iuxta(w.obj.)-along,beside,according to
labi,lapsus est- slip, glide
labor,ore,multus-work, suffering
lacessere,ivit, itus-harass
lacrima,a-tear
laedere,laesit,laesus-injure
laetari,l- be glad
laetificare,l-make joyful, gladden
laetitia,a-joy
laetus,a,um- glad
lapis,lapide,durus-stone
laqueus,o-snare, net
largiri,itus est- give freely
latére,latuit-lie hidden, escape notice (of)
lassare,l-make weary
latebra,a-hiding place
latus,ere,longum- side
laudare,l-praise
lavare,l(or:lavavi,lotum or lautum)-wash
lectus,o-bed
legere,legit,lectus-read
lenis,e,i-mild
lentus,a,um-slow
leo, one,magnus- lion
levare,l-raise, relieve
levis,e,i-light, mild
lex, lege, bona- law
libenter- gladly
liber,libro- book
liberare,l-free
liberi,is(plural only)-children
libet,libuit- it pleases
libido,dine,magna-lust,whim, inclination
licentia,a-permission
licet,licére,licuit,licitum est- it is permitted
ligare,l-bind
lignum,o-wood
limen mine, longum-threshold
lingua,a-tongue,language
liquére,liquit,liquit(licuit)- be clear, evident
lis,lite,mala-strife, lawsuit
litus,litore,longum-shore
locus,o(plural shifts to neuter)-place
loqui,locutus est- speak
lucére,luxit,-shine, appear
lucrari,l-gain, make profit
ludus,o-game,school, play
lugére,luxit,luctus-grieve,mourn
luna,a-moon
lusus,u-game,sport, play
lux,luce,magna- light
macerare,l-macerate, torment
machinari,l-plan, contrive
macula,a-spot
magis-more, rather
magister,tro- teacher
magnopere-greatly, very much
magnus,a,um-great, large
maior,maius,maiore- greater
maiores-ancestors(merely pl. of maior in special sense)
maledicere,dixit,dictus(w.dat.)-curse
malitia,a-malice, wickedness
malle,maluit-prefer

malum,o-apple
malus,a,um-bad, evil
manare,l-flow, trickle, drip
mandare,l-order, send word,
mane - in morning
manére,mansit,mansurus- remain
manifestare,l-show, manifest
mansuetudo,dine,bona-meekness, mildness
manus,u,longa- hand
mare,i,magnum- sea
mater,matre,bona- mother
matutinus,a,um-morning
maximus,a,um-very great, greatest
Medi,is- Medes
mediocris,e,i-ordinary, mediocre
mediocriter-moderately,somewhat
melior,melius,meliore- better
memento(fut.imperat.pl.:mementote)- remember
memor,ore-mindful of
memoria tenére-remember
mens,mente,mea- mind(poss.pl.--mentium)
mensa, a table
mensis,i,unus-month
mentiri,4-lie
merces,cede,magna-pay, reward
merére,meruit,meritus-carn, deserve
meridionalis,e,i- south
merito- deservingly
metus,u-fear
meus,a,um-my, mine
miles,milite,bonus- soldier
mille-1000,(indeclinable to mean 1000; to mean more than 1000, it is neuter plural: millia followed by poss.)
minari,l-threaten, lead(animals)
minimus,a,um-least, smallest
minuere,minuit,minutus-diminish, lessen
mirabilis,e,i-wonderful
mirari,miratus est- wonder, admire
misceri,miscuit,mixtus-mix,join
misereri , itus est(w.dat.or poss.)-have mercy or pity on
misericordia,a-mercy, pity
misericors,cordi- merciful
Mithradates,e, malus-Mithradates
mittere,misit,missus-send
moderari,l-regulate,moderate, restrict(w.dat.)
modestus,a,um-modest, quiet,moderate
modicus,a,um-little, moderate
modus,o-,manner,way,measure,limit
moerére(maerére)-mourn grieve
moeror,ore,magnus-grief
mola,a-mill, meal
moles,i,magna-mass,weight
molestus,a,um-troublesome
moliri,molitus est- build,plan,try
mollis,e,i-soft
monére,monuit,monitus-warn, advise
monitio,ione,bona-advice, warning
mons,monte,magnus-mountain
monstrare,monstravit,monstratus-show
mora,a-delay
morari,moratus est- delay, stay
morbus,o-disease
moriuntur,mori,mortuus est- die
mors,morte,bona-death
mos,more,bonus-custom,habit(in plural : morals, character)
motus,u-movement,motion
movére,movit,motus-move
mox - soon
mulier,re-bona-woman

multiplex,plici-manifold,varied
multus,a,um- much, many
mundare,l-cleanse, purify
mundus,o-world
munire,4-fortify,strengthen
munus,munere,bonum-duty, gift,bribe, function
murus,o-wall
mutare,l-change
mutatio,one,magna-change
mutuum,o-loan
mysterium,o- mystery, rite
nam - for
nancisci,nanctus est- come on, find
narrare,l-tell
nasci,natus est- be born
nauta,a-sailor
navigare,l-sail
navis,i,longa-ship
ne - lest
ne...quidem- not even (Lat.word comes in between, but is transl.after the quidem)
nec(neque)-and not: nec...nec- neither...nor
necare,l-kill
necesse(indecl.)-necessary
nefarius,a,um-wicked
negare,l-deny, say no, refuse
negotium,o-business, trouble
nemo,nemine-no one
nempe- that is, certainly
nequaquam- by no means
nescio-quis-someone or other(the quis is declined,nescio does not change,nor does it serve as a verb of any clause)
nescire,4-not know
neuter,tra,trum-neither
nex,nece,mala-violent death
nihil-nothing:nihil certi-nothing certain
nihilominus- nevertheless
nimius,a,um-excessive, very great
nisi - unless, except if... not
niti, nisus est- lean on(w.abl.-strive)
nocére,nocuit,nociturus- harm(w.dat.)
nolle,noluit,___- be unwilling
nomen, nomine, bonum- name
non - not, no
nondum- not yet
non est quod- there is no reason why
non iam - no longer
non nisi - only
non solum...verum etiam:-not only.. but also
noscere,novit,notus-learn(but the perfect means: has learned, and therefore knows.)
notare,l-note, mark
notitia,a-knowledge, acquaintance
novus,a,um-new
nox,nocte,longa-night
nubes,e(poss.pl.-ium), magna-cloud
nullus,a,um-no one
num - whether
numerare,l-count, number
numquid: same as: num
nunc - now
nuntiare,l-announce
nuntius,o-messenger, message
nuper - recently
nutus,u-nod, will
ob(w.obj.)- on account of
obedire,4-obey(w.dat)
oblatio,one,bona-offering
oblectare,l-delight
oblivisci,oblitus est- forget(w.poss. or obj.)
obscurare,l-hide, conceal

obsecrare,l-beg
observare,l-observe, keep,respect
obsidére,sedit,sessus-besiege
obstare,stitit,status(w.dat.)-hinder, stand in way
obtemperare,l-obey
obviam(adverb)-to meet(w.dat.)
occidentalis,e,i-western
occidere,occidit,occisus- kill
occultare,l-hide
occupare,l-seize, occupy
occurrere,currit,cursus(w.dat.)- meet, come to meet
oculus,o- eye
odit,osurus- hate
odium,o-hatred
offerre,obtulit,oblatus- offer
oleum,o-oil
omnino- altogether,at all, in all
omnis,e,i-all, every
onerare,l- burden
onus,onere,durum- burden
operam dare- take care, apply self to,exert self
operatio,one,bona-work
operire,peruit,pertus- cover
opinari ,atus est- think, hold opinion, suppose
opitulari,l- help, relieve
oportet,oportére,oportuit- it is necessary, it is proper
oppidum,o-town
opprimere,pressit,pressus- crush, oppress
oppugnare,l- beseige
ops,ope,bona-help, resources
optare,l- wish
optimus,a,um- best, very good
opus,opere,magnum- work
opus est(w.abl.)-there is need of
orare,l-beg, pray
oratio,one,magna-speech, prayer
orationem habére- give a speech
ordo,ordine,bonus-row, order, rank
orientalis,e,i- eastern
oriuntur,oriri,ortus est- rise, arise
ornare,l- adorn, decorate
os ore, magnum- mouth
os, osse,durum- bone(compare: os, ore- mouth)
osculari,l- kiss
ostendere,ostendit,ostensus- show
ostium,o- door
ovis,i,parva-sheep
pacificus,a,um-peaceful
pactum,o-pact, agreement, covenant, manner
paene - almost
palam - openly
panis,e-bonus- bread
par,pari-equal, like
parcere,pepercit,parcitus(or:parsus) spare (w.dat.)
parére,paruit,paritus-obey,(w.dat.)
pariter-likewise,equally,together, at same time
pariunt,3,peperit,partus- bring forth
parricida -murderer
parricidium,o-murder
pars,parte(poss.,-ium),bona-part
particeps,cipe-sharing in
parturire,ivit-bring forth, be in labor with
parum- little, too little
parvus ,a,um- small, little
parvulus,a,um- very little
pascere,pavit,pastus-feed, nourish

pasci,pastus est- feed on(w.abl.)
passim-here and there,scattered
pastor,ore,bonus,shepherd, herdsman
pater,tre,bonus-father
patére,patuit-lie open, be exposed, be free
patefacere,fecit,factus-bring into open, expose
patiuntur,pati,passus est- suffer
patres conscripti - senators
patria,a-fatherland,homeland
patrocinium,o-patronage, help
pauci,ae,a(plural only)- few
paulatim- little by little, gradually
paulisper- for a short time
paululum- a little
peccare,l-sin
pectus,ore,magnum- heart, breast
pecunia,a-money
peior,peius,peiore-worse
pellere,pepulit,pulsus-drive, rout
pendére,pependit-hang,be suspended
penitus-deeply,completely
per(w.obj.)-through
percutiunt,3,percussit,percussus-strike
perdere,didit,detus-destroy,ruin,lose
peregrinari,l-travel, be in pilgrimage
perficiunt,3,fecit,fectus-make perfect, accomplish
perficiunt,3,fodit,fossus-pierce, dig through
perfrui,fructus est(w.abl.)-enjoy thoroughly
pergere,perrexit,perrectus-proceed, go on
periclitari,l- be in danger, test
periculum,o-danger
perire,iit,iturus-perish, be lost
peritia,a- skill, knowledge
peritus,a,um-skilled,knowing
permittere,misit,missus-permit (permisit hoc Marco)
pernicies,e(5)-danger
perniciosus,a,um-dangerous
perseverare,l-continue,persevere
persuadére,suasit,suasus-persuade (w.dat.)
perterrére,terruit,territus-terrify greatly
pertinére,pertinuit-pertain, belong
pes pede,magnus-foot
pessimus,a,um-very bad, worst
pestis,i-mala-plague,destruction,curse
petitio,one,bona-petition, request
pietas,tate,bona-piety, devotedness
piger,gra,grum-lazy
pinguis,e,i-fat
pius,a,um-pious,devoted
placare,l-appease
placet,placére,placuit,placitum est(w. dat.)-it pleases, it is decided
plaga,a-blow, plague
plangere,planxit,planctus-lament, wail
planus,a,um-flat
plenus,a,um- full
plerique,aeque,aque- very many, the most
plurimus,a,um- very many, most
plus,plure(has only neuter form in sing.- plural is plures,plura--two termination type, with- ium poss.plural)- more
pluvia,a-rain
poena,a-punishment
poenitentia,a-penance,repentance
poenitet(paenitet),ére,ituit-cause to repent(poenitet eum- he repents)
polliceri,pollicitus est- promise
pondus,ere,magnum- weight
ponere,posuit,positus-put, place
pons,ponte,longus-bridge
pontifex,fice,magnus-priest
porro,-then, moreover
porta,a-gate, door
portare,l-carry
poscere,poposcit- demand., ask
posse,potuit- be able
possidére,possedit,possessus-possess
post(w.obj.)-after
postea- afterwards
postmodum- afterwards,shortly
postquam- after
postremo- finally
postremus,a,um- last
postulare,l- ask, powerful
potestas,tate, magna- power
potius- rather
prae(w.abl.) - because of, more than
praebére,buit,bitus-furnish, offer
praecedere,cessit,cessurus- go before
praeceps,cipiti-headlong, rash
praecidere,cidit,cisus- cut
praecipiunt, 3,ceptus-command
praecipue-principally,chiefly
praecipuus,a,um-principal ,chief
praeco,cone,bonus-herald
praeconium,o-proclamation, praise
praeda,a-booty, plunder
praedicare,l- preach, proclaim,praise
praedicere,dixit,dictus-foretell
praeditus,a,um-endowed with (abl.)
praeficiunt,3,fecit,fectus- put in charge of (praefecit Iosephum frumento)
praemium,o-reward
praepositus,o-chief,one in charge
praeponere,posuit,positus-prefer, put before(praeponere illud huic)
praesertim- especially
praesidium,l-protection, garrison
praestare,stitit,stitus-grant, surpass, show, be better
praestolari,l- wait for
praeter(w.obj.)- beyond,besides,except
praeterea- besides,furthermore
praeterire,iit,itus- pass by
praeteritus,a,um- past
praetermittere,misit,missus-pass by, omit
praevalére,valuit,valiturus- prevail
praevidére,vidit,visus-foresee
precari,l- pray
precatio,one,bona-prayer
premere,pressit,pressus- press
pretiosus,a,um- precious, rare
prex,prece, bona- prayer
primus,a,um- first
princeps,cipe,magnus- chief, leader
principium,o-beginning
pristinus,a,um-former, original
prius - before, earlier
priusquam - before
privare,l- deprive (w.abl.)
pro (w.abl.)- for
probare,l-prove, test
procul - far off, from afar
prodere,didit,ditus- betray, reveal, bring forth
prodesse,profuit,profuturus- be profitable to (w. dat.)
proelium,o- battle
profanare,l-defile
profecto-surely, definitely
proferre,protulit,prolatus- bring forth
proficisci, profectus est- set out
proficiunt,3,fecit,fectus- make progress, advance
prohibére,prohibuit,prohibitus- prohibit, prevent
proiciunt,3,iecit,iectus- throw forth
proles,e-bona-offspring, child
proloqui,locutus est- speak before
promittere,misit,missus-promise
pronus,a,um- prostrate
prope - near, almost
propero,l- hasten
propinquare,l- approach
propitius,a,um- merciful, kind
proponere,posuit,positus-propose
propositum,o-intention, design
proprius,a,um- own, one's own, proper
prorsus- altogether, completely
propter (w.obj.)-on account of
propterea- therefore for that reason
propterea quod- since, for
protinus- straight, constantly, at once
proscribere,scripsit,scriptus- proscribe, list
protegere,texit,tectus- protect
proximus,a,um- next, nearest (as noun: neighbor)
pudet,puduit(impers.)- it makes ashamed
pudor,ore,magnus- shame, sense of modesty
puella,a-girl
puer,puero - boy
pugna,a- battle
pulcher,chra,chrum- beautiful
pulsare,l- beat, knock
pulvis,pulvere,multus- dust
punire,4-punish
purgare,l- clean, purge
pusillus,a,um- little
putare,l-think
quaerere,quaesivit,quaesitus- seek
quaeso(archaic,isolated form)- I beg
qualis,e,i- such, what kind
quam - than, how (w. adv.)
quamdiu- as long as
quam primum- as soon as possible
quamquam- although, and yet
quando - when
quantus,a,um- how great
quare- why
-que- and
quemadmodum - how, just as
queri, questus est- complain
qui,quae,quod- who, which, that
quia- because, that(ind. disc.)
quicumque,quaecumque,quodcumque (decline only the qui-) whoever, whichever, whatever
quid - what, why
quidam ,quaedam, quiddam- certain
quiescere,quievit,quietus- become quiet, rest
quippe - for, since
quis,quid-someone, anyone(indef.)
quis,quid-who, what?
quisquam, quicquam (or:quidquam)--decline the quis part, not the quam-- anyone, anything
quisque,quaeque,quidque(or:quodque)- each one(unus quisque--each and every one)
quisquis, quidquid(decline both parts)- whoever, whatever
quo - whither, to what place
quod- because, that (ind.disc.) the fact that, as to the fact that

quod si- but if
quomodo- how; quomodo...sic- just as... so also
quoniam- since, that(ind-disc.)
quoque- also, even(never first word)
quotidie- daily
quotiens- how often
rapiunt,3,rapuit,raptus-seize, snatch
ratio,one,bona-plan,explanation,reason
rationem reddere- give an account or explanation
recedere,cessit,cessurus- go back, recede
recensére,censuit,censitus- review, examine, search
recipiunt,3,cepit,ceptus-take back
recipere se- retreat
recordari,1-remember (w.poss.)
recolere,coluit,cultus- recall
recondere,didit,ditus-put away again, hide
recreare,1- refresh, remake
recusare,1- refuse
redarguere,guit,gutus-refute,contradict
reddere,reddidit,redditus- give back, return
redimere,emit,emptus- redeem , buy back
reducere,duxit,ductus- lead back, reduce
redundare,1- overflow, redound
referre,retulit,relatus- bring back report
refert(impersonal)- it makes a difference, it is important
reficiunt,3,fecit,fectus- remake, restore
regere,rexit,rectus- rule
regina,a-queen
regio,one,magna-region
regius,a,um- royal
regnare,1- reign
reiciunt,3,iecit,iectus-reject,throw back
religio,one,bona-honesty, religious feeling, sacredness
relinquere,reliquit,relictus- leave
reliquus,a,um- rest of(used like medius: middle of)
remanére,mansit,mansurus- remain
remissio,one,bona- relaxation, let up
remittere,misit,missus- send back
repente- suddenly, unexpectedly
reperire,reperuit, repertus- find, find out
replére,plevit,pletus- fill
reprehendere,hendit,hensus- criticize
reprobare,1- reject
repromittere,misit,missus- promise
repudiare,1- reject
reputare,1- think, consider, reckon
requies,e(5)-rest
requiescere,quievit,quietus- rest
res,re(5)-thing
resistere,stitit(w.dat.)-resist
respondére,spondit,sponsus-answer
responsum,o-answer
respiciunt,3,spexit,spectus- consider, look back on, look on with favor
res publica- state,republic
restituere,restituit,restitutus- restore
retinére,tinuit,tentus- keep back,retain
revelare,1- reveal
reverti, reversus est- return
revocare,1-recall
rex,rege,magnus- king
ridére,risit,risus-laugh,smile(at)
rogare,1-ask
rotundus,a,um- round
ruber,rubra, rubrum- red
ruere,ruit,rutus- fall, rush
rumpere,rupit,ruptus- break
sacerdos,dote,bonus- priest
sacramentum,o-mystery, sacred thing, sacrament
saeculum,o-century, age
saepe- often
saevire,4-rage, rave
saevus,a,um-fierce, savage
salire,saluit,saltus-leap, jump
saltem - at least
salus,salute-safety, salvation, health
salutaris,e,i-wholesome,saving
salvare,1- save
sanare,1- heal
sanctificare- make holy, sanctify
sanguis,sanguine, bonus- blood
sapiens,enti- wise
sapientia,a-wisdom
sarcina,a-burden
satagere,egit,actus-strive, be busy
satiare-satisfy, fill
satis-sufficiently, very,enough
sauciare,1- wound
saxum,o-stone
scaenicus,a,um-pertaining to the stage (as noun: actor)
scelestus,a,um- wicked, criminal
scientia,a-knowledge
scilicet- that is, namely, I suppose (ironic)
scindere,scidit,scisus- cut, tear, rend
scintilla,a-spark
scire,4-know
scribere,scripsit,scriptus,write
scriptor,ore,bonus- writer
scyphus,o-cup
secedere,cessit,cessus-withdraw
secernere,crevit,cretus-separate, distinguish
secularis(saecularis)e,i-secular,worldly
secundum(w.obj.)-according to, following
secundum quod- according as
secundus,a,um-second, successful
sed - but
sedére,sedit,sessurus- sit
sedes,e,dura(poss.pl. may be-ium)-seat
seducere,duxit,ductus- deceive, corrupt
sedulitas,tate,longa-diligence,application
segnis,e,i-slow, sluggish
seiungere,iunxit,iunctus-separate, disjoin
semel - once
semen,mine,bonum-seed,descendant(s)
seminare,1- sow
semper - always
sempiternus,a,um- eternal
senator,ore,magnus- senator
senatus,u-senate
senex,sene,bonus- old man
sententia,a-opinion, motto
sentire,sensit,sensus- feel, realize, perceive
seorsum- separately
separare,1- separate
sepelire,4-bury
seponere,posuit,positus-put aside, separate
septentrionalis,e,i-northern
sequi,secutus est- follow
sermo,one,bonus-word,conversation
servare,1-save
servire,4,(w.dat.)-serve, be slave to
servus,o-slave
si - if
siccus,a,um- dry
sicut- as, just as, as if
signum,o-sign, signal, standard
silére,siluit- be silent
silva,a-forest
similis,e,i-like, similar(w.poss.or dat.)
simul- at the same time
simulacrum,o-likeness, image
simulare,1-feign, pretend
sin - but if
sine(with ablative)-without
sinere,sivit,situs -allow, permit
singuli, ae, a(plural only)-one at a time, each
sinister,tra,trum- left
sive...sive-whether...or
socius,o- ally, companion
sol, sole,bonus- sun
solacium,o-consolation
solére,solitus est- be accustomed
solitus,a,um- accustomed, customary
solium,o-throne
solus,a,um- alone, only
solvere,solvit,solutus- loose,pay, free
sonare,sonuit,sonitus- sound
sordes,i-mala- filth, dirt
soror,ore,bona-sister
sors,sorte,bona- lot
spargere,sparsit,sparsus- scatter
Spartiates,a- Spartan
speciosus,a,um-beautiful, handsome
spectare,1- look at
speculari, 1- look at
spelunca,a-cave
sperare,1- hope
spernere,sprevit,spretus- scorn, despise, reject
spes,e(5) - hope
spiritus,u-spirit,breath, wind, life
spolium,o-plunder,spoils
stare,stetit,staturus- stand
statim - at once
statuere,statuit, statutus- set, decide, establish
stimulus,o-whip, goad, stimulus
strepitus,u-sound, noise
stultus,a,um- foolish
stupére,stupuit - be amazed
suadére,suasit,suasus (w.dat.)-persuade
suavis,e,i- sweet, persuasive
suavitas,tate,bona-sweetness, persuasiveness
sub- under(cases are like in -- obj. for motion; abl. for rest)
subdere,didit,ditus- make subject, conquer
subiciunt,3,iecit,iectus- subject
subigere,egit,actus- make subject,subdue
subinde - thereupon, repeatedly, continually
subito - suddenly
sublimis,e,i- lofty, sublime
subsidium,o- help, aid
subtrahere,traxit,tractus- withdraw
subvenire,venit,venturus(w.dat.)-help, come to aid of
subvertere,vertit,versus- overturn, destroy
succendere,cendit,census- enkindle, arouse
suggerere,gessit,gestus- suggest, bring
sui,sibi, se, se- himself, etc.
sumere,sumpsit,sumptus- take, assume
(sumere supplicium de eo--exact punishment from him)
super (w. obj.)- above, over

superbus,a,um- proud
superesse,fuit,futurus- be left over,remain
suppeditare,1- supply
supplicare,1- beg, pray for
supplicium,o-punishment
surgere,surrexit,surrectus-rise,get up
suscipiunt,3,cepit,ceptus-undertake,take
suscitare,1- raise up
suspendere,pendit,pensus- hang
suspirare,1- sigh (for)
sustinére,tinuit,tentus-withstand,hold up, bear
suus,a,um-one's own, his,hers,its,theirs
tabernaculum,o-tent,tabernacle
tabula,a-table, picture
tacére,tacuit,tacitus- be silent
taedium,o-weariness,boredom
taeter,tra,trum- foul
talis,e,i- such
tam - so
tam..quam-both-...and; as well ...as
tamen- nevertheless
tandem- at last, finally I ask, tell me (gives impatient tone)
tangere,tetigit,tactus- touch
tanto opere- to such an extent, so much
tantum - only
tantus,a,um- so great, so large
tectum,o-roof, house
telum,o-weapon, shaft
temere-rashly,blindly
tempus,tempore,longum- time
tendere,tetendit,tentus(tensus)-stretch, spread
tenebrae,is-darkness
tenére,tenuit,tentus- hold, keep
tentare,1- test, try, tempt
terra,a- land
terrenus,a,um-earthly, of earth
terrére,terruit,territus- terrify
testari,1-testify, bear witness
testis,i,verus- witness
thesaurus,o-treasure,treasury
timére,timuit- fear
tollere,sustulit,sublatus-remove,take, lift, raise
torquére,torsit,tortus-twist,torture
torrens,enti- stream
totus,a,um- whole
totiens...quotiens- as often..as
tractare,1- treat, handle,discuss
tradere,didit,ditus-hand over, betray
trahere,traxit,tractus-draw, drag
trans (w.obj.)- across
transgrediuntur,3,gressus est- cross over, transgress
transire,iit,iturus-cross
trepidare,1- fear, tremble
tribuere,buit,butus- assign, give
tribunus,o-tribune
tribus,u,bona-tribe
tristis,e,i-sad
tristitia,a-sadness

tropaeum,o-trophy
trucidare,1-butcher
tum - then
tumulus,o-mound, tomb
tunc - then
turba,a-crowd, mob
turbare,1-disturb
turpis,e,i-shameful
turpitudo,dine,mala-shame
turris,i-magna- tower
tutus,a,um- safe
ubertas,tate, magna-fertility, richness
ubi - where
ubique- everywhere
ubicumque- wherever
ulcisci,ultus est- avenge,punish (ulc.se de-avenge self on)
ullus,a,um- any
ultimo- at last
ultimus,a,um- last
ultra(adverb and prep.w.obj.)--more, further, beyond
umquam - ever
una - together
unde- whence,from where, how
undique- on all sides,from all sides
ungere,unxit,inctus- anoint
Unigenitus,o-Only begotten (Christ)
unusquisque(decline both parts)- each & every one
urbs,urbe,magna-city
urere,ussit,ustus-burn
urgére,urge,press on
usque ad - as far as, even to, up to
ut -that(with subj.); as,when(w.ind.); ut ...ita-just as...so also
utcumque- in some way, in whatsoever way
uti: same as ut
utilis,e,i-useful
uterque,traque,trumque-each, both
ut quid - why
utrum- whether
uxor,ore,bona- wife
vacare,1- be free(for),be at leisure, be empty
vacuus,a,um- empty
vadere(no other parts)-go
valde- very
valére,valuit,valiturus- be strong,well, able
vallis,e(poss.pl.-ium)bona-valley
vas,vase,parvum- vessel, utensil (in pl.: vasa,is)
vastare,1- lay waste
vates,i-bonus-soothsayer,prophet
-ve(enclitic,like-que- translate ahead of word to which attached)- or
vehemens,menti- forceful
vehere,vexit,vectus-convey(pass.ride on)
vel- or even
velle,voluit-wish
velut-as,just as, as if

vendere ,vendidit,venditus-sell
venerari,1-venerate, honor
venia,a-pardon
venire,venit,venturus-come
venter,tre,magnus-stomach
ventus,o-wind
venustas, tate,bona-charm
verber,bere,malum-scourge, whip
verbum,o-word
vereri,veritus est- reverence, fear
versare,1-turn(as deponent: be involved in, live)
veritas,tate,bona-truth
vero - but
vertere,vertit,versus-turn, change translate
vertex,tice,altus-peak, eddy
verumtamen- however
verus,a,um- true;re vera-in truth, really
vesci(no other parts)- eat(often w.abl.)
vestigium,o- footprint, trace
vestis,i,bona-garment
vetare,vetuit,vetitus-forbid
vetus,vetere- old
vetustas,tate,bona-old age,antiquity
vexare,1- trouble, torment
via,a-way, road, means
vicinus,a,um-nearby,neighboring
victoria,a-victory
vidére,vidit,visus- see
vigilare,1- watch, be awake
vigilia,a-watch, guard
vilis,e,i-cheap, vile
vincere,vicit,victus-conquer
vincire,vinxit,vinctus-bind
vinculum,o-bond. chain
vinum,o-wine
vir,viro- man
virgo,virgine,bona-virgin, maiden
vis(obj. :vim;abl.:vi;plural:vires,ium,etc.) -force, strength
viscera,ibus-entrails
vita,a-life
vitare,1-avoid,escape,dodge
vitium,o-vice,fault
vitulus,o- calf
vivere,vixit,victurus- live
vivit Dominus-as the Lord lives(oath)- followed by quia--which is not translated
vix-hardly,scarcely,with difficulty
vixdum-scarcely, yet
vocare,1-call
vociferari,1- shout
volatile,i,bonum-flying thing, bird
voluntas,tate,bona-will
voluptas,tate,parva-pleasure
volvere,volvit,volutus- roll
votum,o-prayer, vow
vovere,vovit,votus-vow,pray
vox,voce,magna-voice
vulnerare,1- wound
vulnus,vulnere,magnum- wound
vultus,u-face,appearance
zelus,o-zeal, emulation

ENGLISH TO LATIN VOCABULARY

Not all words used in the sentences are given here. It is presumed you know the verb esse, and magnus, parvus etc. As to proper names, make comparisons to the reading passages. To reread the passages will show you many expressions, some of considerable size, that can be used in translating the sentences. In general, no parts of words are given below, since the parts are in the Latin to English section.

accomplice- satelles,ite
according to - secundum
advise - monére
agitate-agitare,turbare
agree with-congruere,convenire,consentire
allow-permittere,sinere,patiuntur
anger - ira
answer - responsum
ashamed (he is)- eum pudet
associate - socius
avoid - vitare
baptism- baptismus
baptize - baptizare
bath - balneum
be beaten- vapulare
beatings- plagae
beg - rogare,implorare
beggar - mendicus
blindness - caecitas
blood - sanguis
bring up- instituere
build - aedificare
burn - incendere
call on-invocare
care- cura
catch - capiunt,comprehendere
cautious-cautus
cease- desinere,cessare
chance - casus
change- mutare
charge - accusare
choose - deligere,eligere
church - ecclesia
citizenship - civitas
clever - callidus
cloud - nubes
comparison of circuses-similitudo circensium
condemn - condemnare
conspiracy - coniuratio
contain himself- se continére
content - contentus
convert - convertere
courage - fortitudo
course - cursus
cruel - crudelis
cry - flére
culpable inactivity - inertia nequitiaque
cultivate - colere
cure - curare
custom - consuetudo, mos
dagger - sica
deceive - fallere
decide - constituere
dedicated - deditus
defendant - reus
delighted - laetatus
deliver - liberare
desert - deserere
desire - desiderium
despise - contemnere
difference(it makes)-interest,refert
dignity - dignitas
disdain - contemnere,fastidire
distract - avocare
do enough - satis facere
doubt - dubitare
drunk - ebrius
drunkard - meribibulus,a,um
duty - munus, officium
ear - auris
each one - unus quisque
eat - comedere
educated - litteratus, eruditus
eloquence- eloquentia, facundia
emotion - motus,passio,aestus,emotio
empty - inanis
enlarge - dilatare
enjoy - frui (w.abl.)
escape - evadere
especially - praesertim
excessively- nimis,nimie
exile - exsilium
expel - expellere
experience - experiri
explain - explicare
fable- fabella,fabula
face - facies (5)
fear - metus,timor
fear - timére,metuere
fine arts - artes humaniores,artes optimae
fitting (it is)- decet
food - cibus
foolish - insipidus, fatuus
force - cogere
forgive - dimittere,ignoscere
freely - libere
game - ludus
garden - hortus,hortulus
get possession of - potiri(w.abl.)
gift - donum
glance (by a)-oculis
go up - ascendere
greatly - magnopere
greed - avaritia
grieve - dolére
guard - vigilia
guide - dirigere
happen - accidere
happy - felix
headlong- praeceps
hear (grant request)-exaudire
hinder - impedire
hold bound - constrictum tenére
honor - honor,gloria
husband - maritus
hut - casa
idleness - inertia
incentive - incitamentum
infant - infans
inspire-inspirare,afflare, divino spiritu inflare
joy - laetitia
kind - benignus,humanus
kindness-benignitas,humanitas
knight - eques
knowledge - scientia
laugh - ridére
laugh at - irridére
learn - discere
leave - relinquere,discedere
liberal arts - artes humaniores
life - vita
literature - litterae
lead across - traducere
lettered - litteratus
letters - litterae
live - vivere
look at - spectare
lust - libido
luxury - luxuria
maidservant - ancilla
mark - designare
master - dominus
mercy - misericordia
murder - parricidium
Muse - Musa
narrow - angustus
need - egére (w.abl.)
notice - animadvertere, attendere
overconfidence- fiducia nimia
parents - parentes
part of (it is the): use predicate possessive
pear - pirus
pear tree - arbor pirus (fem.)
perform (duty)-fungi(w.abl.)
perish - perire
philosophy - philosophia
poet - poeta
praise - laudare
praise - laus, laude(fem.)
pray - orare
prayer - oratio
prevent - prohibére,impedire
proper (it is) - oportet
proud - superbus
public records - tabulae publicae
punish - punire
punishment - poena,supplicium
put in charge of- praeficere(aliquem huic rei)
rain - imber,bre (masc.)
reason - ratio, causa
recite - recitare
relax - relaxare
refute - refellere
repress - reprimere
resist - resistere
rest - requies
rest - requiescere
restrain - revocare,reprimere,retinére
riches - divitiae
right - ius
rhetoric - ars rhetorica
rhetorician - rhetor
ruin - perdere,delére
rule - regula
safe - tutus
sail - navigare
satisfy - satiare
save - servare, salvare
shameless-impudens
school - schola
shout - clamor
sick - eager
silently - tacite
sin - peccare
slow - tardus
snare - laqueus
soon - mox
spare - parcere

speaker - orator
special agent- agens in rebus
steal - furari
stop - revocare,tenére
storm- tempestas, imber
study - studére
study - studium
sword - gladius
take - assumere
take vengeance on-se vindicare de
teacher - magister
teaching - doctrina
thug - gladiator
trained-exercitatus, versatus,doctus
treat - tractare

trial-periculum,experimentum,tentatio, iudicium(latter in legal sense only)
trouble- turbare
troublesome-molestus
unconscious- sine sensu
unfriendly-inimicus
urge - urgére,hortari
use - uti (w.abl.)
vengeance(take)-se vindicare de
verse - versus(u)
versed in - versatus
vigorously-vehementer
wail - flére,plorare,ululare
wait - exspectare
wall - murus
want - desiderare,cupiunt

warn - monére
way - via
weary (=toilsome)-aerumnosus
weary (=tired)-fatigatus,defessus
weep - flére
well(be)- bene valére
whether - utrum, num
wicked - malus
wisdom- sapientia
wooden rule- regula lignea
work - labor
worthy - dignus
wrangling - convicium
wreckers - eversores
wrecking - eversio
youth - iuvenis

* * * * * * * * * * *